IOH. HENRICI LEICHII, A. M.

DIATRIBE

IN

PHOTII BIBLIOTHECAM,

ORATIONI

QVA

MVNVS PROFESSORIS PHILOSOPHIAE

EXTRAORDINAR.

IN ACADEMIA LIPSIENSI

A. D. XIX. IVNII A. MDCCXLVIII. AVSPICABITVR,

PRAEMISSA.

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

Z
722
.9
.L3

CP. 23 - VII - 29

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

CAP. I.

Cura veterum in ſervandis optimorum ſcriptorum operibus. Graecorum in his ſtudium. Photii Bibliotheca. Henrici Valeſii de Philoſtorgio ſententia examinata. Eruditorum curae in Photium laudatae. Iulianus Imperator lector. Vulgata Photii lectio defenſa. Περίοδοι, ***Itinera Apoſtolorum.*** Στηλιτεύειν, ἐν ςήλῃ θριαμβεύεσθαι. ***Verſio caſtigata.*** Τὸ σαθρὸν τῦ λόγυ. ***Photius emendatus. Marcianus Criticus.*** Κωρυκαῖος. ***Schottus notatus. Anton. Diogenes emendatus. Melanthi genus.*** Τέμενος. ***Tumuli in templa verſi. Photius emendatus. Achilles*** Ἄσπετος. ***Suidas in v.*** Αρίων ***illuſtratus.*** Τὸ ᾀδόμενον. ***Carmen Orthium et Dithyrambicum.***

Omnes homines, et magno iudicio praediti, et artium, quae ingenuos decent, ſcientia mirifice inſtructi, multum olim in eo ſtudii poſuere, ut proiecta ac depravata optimorum ingeniorum monumenta colligerent, collecta ſumma animi contentione ornarent ac perpolirent, eorum fere curam aemulati, qui terrae motu, aut hoſtili incendio proſtrata ac diruta oppida reficiunt et inſtaurant. Praeclaram vero horum diligentiam et magna cum utilitate coniunctam! Non aliter conſulere poterant honori vetuſtatis, ſcientiarum omnium magiſtrae, non aliter maiorum virtutem et praeclara facinora ſuae aetatis hominibus commendare, aut

posterorum memoriae transmittere. Quod tamen ut efficerent, dissimili ratione usi sunt, diversa consilia, at plena prudentiae, inierunt. Grammatici veteres, diu multumque in optimis scriptoribus versati, si qua offendebant a manu aliena inserta, censoriam virgulam, quam ὄβελον Graeci vocant, apponebant, omissa, qua parte inserenda essent, stella appicta notabant, ne scilicet, quibus ipsum tempus pepercerat operibus, librariorum culpa noceret. Historicorum vero aut poetarum opera relegere, ad vetustos et emendatos codices exigere, prope in singulis literis atque interpunctionibus verborum occupari, non leve tum, aut indignum viro gravi, putabatur. Consulares erant Julius Celsus et uterque Asterius, ac meritis in rempubl. illustres, quorum ille Caesaris Commentaria, hi Virgilium et Sedulium, integritati suae ac nitori restituerunt. Eadem veteres providentia optimos autores in pluteis et armariis disposuerunt, et summa omnium populorum, omnis aetatis, ingenia quasi in unam civitatem studiose collegerunt. Tot vero magnorum operum breviaria, et compendia, et eclogas, vix alium ad finem posterior aetas confecit, quam ut praestantissimae sententiae et mirabilia maiorum exempla non eruditis tantum paterent, sed civibus quoque, iis maxime, qui aliquando accedere ad rempublicam vellent, innotescerent. Et, ut de Latinis taceam, ecquis est, qui cum doctrina habeat aliquod commercium, qui Constantinum, Leonis filium, Imperatorem orientis, ignoret? Is enim recte et sapienter instituit, ut e Palatinae bibliothecae libris, quae de divino humanoque iure, de bello et victoria, de virtutibus, de legationibus, ac ceteris rebus, quisque veterum commodissime praeceperat, colligerentur: instituit autem eo tempore, quo fere nullo loco numerabantur, et in coelum, unde venerant, Musae rediisse videbantur. Praecessit Constantinum Helladius, et Proclus, et Iohannes Stobaeus, secuta autem est haud longo intervallo Eudocia, et ipsa purpurae decus, deinde Suidas, aliique, quorum diligentia effectum est, ut hodie tot scriptorum interitum mollius ferre possimus.

in Ionia, MS. Bibliоth. Colbert.

Pho-

Photius patriarcha, ut aetate, ita doctrina, et acri iudicio, et lectione, et fama, multum ſuperior Conſtantino, quanquam hanc viam ſimplicem et tritam reliquit, eodem tamen animo celebrem illam Bibliothecam condidiſſe videtur. Quid enim? dum grammaticos, et oratores, et ſacros ſcriptores, et hiſtoricos legit, exemplaria perfecta conquirit, ex his optima decerpit, nec pauca iudicio ſuo aut probat, aut reprehendit, nonne praeſenſiſſe animo videtur, futuram horum operum iacturam ſuo aliquando labore, ſuisque vigiliis, levandam eſſe? Scripſit autem hanc Bibliothecam, cum legatus ad Aſſyrios eſſet ab Imperatore miſſus, ut Taraſius frater, avidus diſcendi, quo diuturnam quaſi ſitim explere poſſet, haberet. Miratur equidem Iſaacus Caſaubonus, unde factum ſit, ut omnem ordinem neglexerit Photius, nec rerum aut temporis ullam rationem habuerit, et parum abeſt, quin deſcriptoris hoc vitium eſſe, non auctoris, exiſtimet. Verum ipſe Photius, ſe quaevis, ut primum in mentem venere, librario dictaſſe, nec tam de ordine aut delectu argumenti, quam ne qua ſcheda deperiret, ſollicitum fuiſſe, fatetur. Tam vaſtum enim opus, credibile eſt, ex adverſariis potius prolatum, quam memoria comprehenſum eſſe, ac licet id profeſſus ſit Photius, in univerſum tamen verum eſſe nequit, ſed de brevibus forte argumentis, non uberioribus illis cenſuris et eclogis, intelligi debet. Caſauboniana p. II.

Exiſtit alia hoc loco quaeſtio, utrum integra an ex parte Photii Bibliotheca ſuperſit? Henricus Valeſius, vir doctiſſimus, *Dolendum eſt*, inquit, *pleraque huiusmodi breviaria, ſeu excerpta, hodie deſiderari. Quae ſi ſupereſſent, prout a Photio confecta fuerant, tot veterum ſcriptorum iacturam facilius ferremus.* Multa dici in hanc ſententiam poſſunt, ſed non neceſſe eſt: Photium cum cura evolventi, nihil hic a librariis peccatum eſſe, patebit. Suſpicionem iniecerat Valeſio Philoſtorgii hiſtoria, a Iacobo Gothofredo edita, et, e Bibliotheca, addit Valeſius, ut titulus indicat, deſumta. Ita ſcilicet accepit, quae initio operis leguntur, verba: ἀπὸ φωνῆς Φωτίου, de Crit. I, 29

τίδ, e quibus nihil poteſt probabiliter confici, quam fragmenta illa librario a patriarcha dictata eſſe; Bibliothecae nulla hic mentio, nullum veſtigium, occurrit. Praeterea in ipſa Bibliotheca lectum a ſe Philoſtorgium dicit, et duos eius codices tractatos, deque auctore, ſtilo, et argumento libri, iudicium breviter apponit. Non eſt igitur maioris operis pars Philoſtorgii breviarium, ſed a Photio, forte poſt Bibliothecam, ſeparatim editum, quod etiam Gothofredo placere video.

Cod. XL.

Proleg. p. 49.

Sed ut redeam, unde exorſus ſum, haec Bibliotheca bonae frugis plena, imo theſaurus eſt antiquae eruditionis, quem cum diu in armario Auguſtano latuiſſet, Dav. Hoeſchelius, magni Velſeri conſilio, ſuperiori ſeculo, in lucem extulit, ut pluribus prodeſſet. De incrementis ſcilicet humanioris doctrinae praeclare ſemper meruit reſpublica Auguſtana, quae nec hodie opes ſuas eruditis invidet, promovente eorum conatus et adiuvante Iacobo Bruckero, doctiſſimo et humaniſſimo viro. Opus, Hoeſchelii cura emendatiſſime editum, Latine poſtea convertit Andreas Schottus, Ignatianae ſocietati adſcriptus, quae verſio, licet elegantiſſima plerumque ſit, ita tamen comparata eſt, ut iudicium et inſignis Photii eruditio in ea deſideretur. Saepe enim vim Graecorum vocabulorum interpres non percepit, et ab auctoris mente alieniſſima tradidit, dum ea diſiunxit, quae maxime erant coniungenda, iunxit contra, quae longiſſime erant ſeparanda: quod in poſtrema operis parte praeſertim animadvertere eſt, forte quod feſſus labore ac taedio animus ad exitum feſtinabat. Cum enim mos ſit Photio, res memoria dignas, et elegantiſſimas ſententias, et voces rariores, ut quaeque ſe legenti offerebant, in adverſaria referre, nec raro ſententiam ſuam addere; Schottus, Photii verba ab iis, quae veterum ſcriptorum ſunt, non ſatis diſcernens, omnia permiſcuit, et turbavit, in quibus emendandis ac reſtituendis operam ſuam viri docti poſuerunt, ne ea res non animadverſa errorem, vel animadverſa difficultatem, legentibus obiiceret. Hos inter Thomas Reineſius, aeternum Germaniae et Lipſiae noſtrae ornamentum,

multa,

multa, non intellecta Schotto, in Variis expoſuit, & maculas Graeci codicis non paucas eluit. Hoc idem in parte operis alii praeſtantes ingenio ac doctrina viri praeſtiterunt, ut Philippus Labbeus in Candido, Olympiodoro, et ceteris Byzantinis hiſtoricis, Iohannes Pearſonus in Hierocle de fato et providentia, Ioh. Meurſius in Helladio Beſantinoo, in Procli Chreſtomathiis Andr. Schottus et Pet. Nunneſius, Elias Veielius Vlmenſis Theologus, in Eulogio, et Gatakerus, ſed hic obiter. Quae de Phaeacia inſula e Cononis narrationibus deſcripſit Photius, Eminentiſſimus Quirinus, aeternum in litteris nomen, in Primordiis Corcyrae egregie illuſtravit. Tantorum virorum vim et copiam quando nobis aſſequi non licet, veſtigiis tamen inſiſtamus, et an noſtra diligentia ad ornandum expoliendumque Photium aliquid conferri poſſit, experiamur.

ad calcem Obſ. Human.

de Variis Oecon. ſacrae generibus, Sect. II. p. 15. ſ. c. v. p. 36. ſqq.

Cod. LXXIX. p. 176. edit. Rhot. Olympiodorus de Baſiliſco Caeſare, Harmatii filio: Καὶ ὁ παῖς ἀπὸ Καίσαρος εἰς τὰς ἐν Βλαχέρναις ἀναγνώστας ἐτέλεσεν. *Filius ipſe ex Caeſare inter lectores in Blachernis profiteri coepit.* De eodem Zonaras: Τὸν δὲ υἱὸν ἐκείνου τὸν Καίσαρα πεποίηκε κληρικόν. Erat celeberrimum ſanctae virginis Deiparae in Blachernis templum, cuius reliquias, quae id condidit, Pulcheria Auguſta, ibi compoſuerat. In hoc templo lector Baſiliſcus conſtitutus eſt, qui ſacra volumina coram populo recitaret, nec abhorruit a moribus eius aetatis, principum in republica virorum filios ei muneri praeficere. Iulianus ille, qui profeſſioni Chriſtianae gentilem cultum deinde longiſſime antepoſuit, lector fuerat Antiochiae cum fratre conſtitutus. Hoc ipſi Gregorius Nazianzenus, Invectiva prima exprobrat: Τῷ μέν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτὸς ἐγκατέλεξαν, ὥστε καὶ τὰς θείας ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ βίβλους, οὐδενὸς ἔλαττον εἰς δόξαν αὐτοῖς τοῦτο εἶναι νομίζοντες. Rurſus: Πόθεν ἄτω μισόχριστος ὁ χριστοῦ μαθητὴς, ὁ τοσούτοις λόγοις τῆς ἀληθείας προσομιλήσας, καὶ τὰ μὲν εἰπὼν, τὰ δὲ ἀκούσας τῶν φερόντων εἰς σωτηρίαν. Huc etiam reſpicit Baſilius, Ancyranus presbyter: *Ad Iulianum dixit Baſilius: neque*

Lib. XIV. p. 53. Theoph. Chron. p. 107.

DuCang. CSP. Chriſt. p. 83.

p. 14. ed. R. Montac.

p. 27.

Ruin. Acta Mart. p. 654.

neque retributionem eius recordaris, neque reveritus es altare, quo ſalvatus fuiſti, neque cuſtodiſti legem, quam tuo ſaepius ore praedicaſti.

Cod. LXXX. p. 196, 16. Olympiodori verba corrupta ſunt: Αλλὰ τοσαύτη πάλιν αὐτοῖς ἐναπετέχθη ἔχθρα, σπαδῇ σπαδαζόσης Ελπιδίας (τροφὸς δ' ἦν αὕτη Πλακιδίας) αἷς καὶ τὰ πολλὰ προσεῖχε, συμπράττοντος αὐταῖς καὶ Λεοντέως τῶ ταύτης κηράτορος, ὥστε φάσεις μὲν πολλάκις ἐν τῇ Ραβέννῃ συστῆναι. Schottus pro: σπαδαζόσης Ελπιδίας, reponit: Σπαδέσης καὶ Ελπιδίας, et has mulieres, in aula potentes, inter Honorium imperatorem et ſororem Placidiam inimicitias et diſ-
Not. ad h. l. cordias ſeruiſſe, cenſet, quem Phil. Labbeus ſequitur. Sed Olympiodori verba eo loco ſana videntur, et tantum ᾗ et αὐτῇ pro αἷς et αὐταῖς poſitis, ita converti poſſunt: *Tanta inter Honorium et Placidiam inimicitia orta eſt, ſtudioſe id agente Elpidia, (Placidiae ea nutrix erat) cui multum tribuebat, adiuvante eam Leontio, Placidiae curatore, ut ſeditiones Ravennae ſaepe orirentur.* Has ſimultates Caſſiodorus quoque et Tiro Proſper in Chronicis commemorant, ſed earum autores praetermittunt, pulſamque Ravenna Placidiam tradunt, ob ſuſpicionem ſceleris in fratrem ſuſcepti.

Cod. XCIV. p. 248, 18. in Iamblichi Eroticis: Ως δὲ κατέλαβεν ἐρριμμένον μὲν τὸν Ροδάνην, ἐκείνην δὲ μόνην, παραμυθουμένην καὶ τὸ τραῦμα τῶ στήθους παραψήχουσαν. Schottus pro παραμυθουμένην, παρακαθημένην legit, idque in verſione expreſſit: quod neceſſarium non eſt. Verto: *Vt vero Rhodanem proſtratum, illamque ruſtici filiam ſolam, conſolantem ipſum, et vulnus pectoris abſtergentem, invenit.* Παραμυθία ἀνέλπιστος τῆς ἀπροσδοκήτου συμφορᾶς, apud noſtrum, in
p. 357, 51. Excerptis Antonii Diogenis occurrit, ut alia loca taceam.

Cod. CXIV. p. 292. Lucii Charini liber, quem legit Photius, inſcriptus fuit: αἱ τῶν Αποστόλων Περίοδοι, h. e. *Itinera Apo-*

Apoſtolorum. Sic vocant ſcripta, quae de rebus ab Apoſtolis geſtis, fatisque eorum et doctrina, exponunt. Ex Clementis περιόδοις quaedam Origenes adducit, quae in Recognitionibus eius totidem verbis hodie leguntur: has vero *Itinerarium D. Petri* nonnulli veterum appellant, eundemque indicem vetus codex academiae noſtrae in Monte Sereno anno 1219. ſcriptus, praefert. Ceterum de Lucio, quem Leucium quoque vocant, Charino copioſiſſime agit Boſobrius in Hiſtoria Manichaeorum, ubi hanc Photii Eclogam data opera illuſtrat. Philocal. c. 22. p. 373 ſeq. edit. Tarini. Felleri Cat. MS. p. 107. Lib. II. c. 2. p. 348 ſq. et p. 385.

Cod. CXXXVI. p. 313, 15. Haud neceſſaria eſt emendatio marginis Hoeſchelianae, ubi pro: παντα χόθεν τὸ σαθρὸν αὐτῶν στηλιτεύει τῦ δόγματος, *quam ſit illa doctrina futilis, omni ex parte divulgat,* πολιτεύει reponit. Στηλιτεύειν enim *proſcribere* eſt et *infamare.* Gregor. Nazianz. Invectiva prima: Ο καὶ μόνον ἐξήρκει στηλιτεῦσαι βασιλέως προαίρεσιν. Idem: Εἰκόνες ἔτι δημοσίᾳ προκείμεναι καὶ στηλιτεύουσαι τὴν λώβην τῦ σώματος. Vnde et στηλίτης, *ob ſcelera in cippo proſcriptus,* quam vocem non recte apud Himerium Schottus accepit: Στηλίτην παρὰ τῷ Θεῷ γινόμενον, ἀντὶ τῦ ἐν στήλῃ θριαμβευόμενον: vertit ultima: *pro in columna triumphantem;* cum debuiſſet: *infamatum.* Sic Conon, Tereum Philomelae, cui ſtuprum intulerat, linguam exſecuiſſe, tradit, δεδίοτα τὸν ἐκ λόγων θρίαμβον, *timentem infamiam, ſi facinus illa prodoret.* Apud Demoſthenem γράμματα ἐκ στήλης, quae ſcelera improborum continebant, occurrunt. Eleganter Photius Arii et Eunomii futiliſſimas ſententias τὸ σαθρὸν τῦ δόγματος vocat. Sic Gregorius: Τὸ μὲν ἑαυτῦ σαθρὸν ἤλεγξε, qui et pro *inhumano* poſuit: Αφύλακτον μετὰ τῦ σαθροῦ τὸ φιλάνθρωπον. Eadem vox infra reſtituenda eſt Photio, ubi in Excerptis e Damaſcio, de Iſidoro philoſopho: Ην δὲ ἱκανὸς διιδεῖν, ὅπητε θησαυρὸν φθέγγεται ὁ λόγος, καὶ ὅπη ὑγιές. Vertit Schottus: *Poterat perſpicere, quid reconditum tegeret oratio, quidve ſanum ineſſet.* At ſenſus certo requirit, ut pro ὅπη τε θησαυρὸν legamus: ὅπη τε σαθρὸν φθέγγεται ὁ λόγος, καὶ ὅπη ὑγιές, *quid futile in oratione*

p. 45. ed. Montac. p. 57. p. 1078, 19. ap. Phot. p. 440, 38. περὶ παραπρεσβ. ed. Ox. p. 156. p. 5. p. 21. p. 1036, 33.

tione, quidve ſanum eſſet. Simili translatione Plato has voces
T I. p. 479. B. edit. Serr. ſibi oppoſuit, in Gorgia: Ἀγνοεῖν, ὅσῳ ἀθλιώτερόν ἐστι, μὴ ὑγιᾶς σώματος, μὴ ὑγιεῖ ψυχῇ συνοικεῖν, ἀλλὰ σαθρᾷ, καὶ ἀδίκῳ, καὶ ἀνοσίῳ.

Cod. CLVIII. 326, 30. e Phrynicho: Καὶ Μαρκιανόν φησι, τὸν κριτικὸν συγγραφέα, ὑπερορᾶν μὲν Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους. Cum huius Marciani nemo praeter Phrynichum meminerit, qua vixerit aetate, qualisve fuerit, obſcurum eſt, hoc certum habetur, ab Heracleota, et alio grammatico, cuius Suidas et Syneſius meminerunt, diverſum eſſe. *Criticus* appellatus eſt,
Dodwel. de Script. et Aet. Marc. Heracl. p. 157. ut Ariſtoteles, et Hecataeus philoſophus, et Longinus, ob ſtudium inſigne, quod praeſtantiſſimis monumentis antiquorum adhibuerat. Quare vix locum habere puto τὸ Κρητικὸν,
Lib II. 10, 10. T. I. p. 414. *Cretenſem*, quod Hoeſchelius in quibusdam codicibus invenit, et Fabricio, Viro ſummo, approbavit, qui in Bibliotheca Graeca hunc locum laudans, τῶν Κρητικῶν συγγραφέα legit. At nemo veterum Geographorum huius operis meminit, et criticum fuiſſe Marcianum, eius de Demoſthene et Platone iudicium indicat. Similem vocum Κριτικὸς et Κρητικὸς permu-
Emend. L. III, c. 5, 7. et L. V. c. 10. tationem Valeſius apud Philoſtratum et Aelianum obſervavit. Ceterum Photii verba Schottus ſic reddidit: *Refert Marcianum eum, qui Critica conſcripſit, Platonem atque Demoſthenem deſpicere.*

p. 328, 8. Elegans locus librariorum vitio corruptus eſt: Ἐξ αὐτῶν πάλιν προτάττει, ὃς ἂν φησιν οὐδ' αὐτὸς ὁ μῶμος καταμέμψαιτο, οὐδ' εἴ τις δαίμων ὁ μυθολογούμενος κωφυκαῖος, εἰ ἐπεγχάνοι, χωρήσειεν. Schottus: *Ex his rurſus ceteris praefert, quos, ait, ne ipſe quidem Momus reprehenderit, aut omnino acceſſerit: non etiam ſi maxime Deus ille, quem Corycaenm fabulae indigitant, illis inhiaſſet:* quae Graecis plane non reſpondere, facile apparet. Locum hic τὸ χωρήσειεν habere nequit, multo minus, quod in margine Hoeſchelianae ex alio codice affertur, χαιρήσειεν. Legendum puto: οὐδ' εἴ τις

δαίμων

δαίμων ὁ μυθολ. Κωρυκαῖος ἐπεγχάνοι, χωρίσειεν: *quos neque, si ipsis aliquis e fabula Deus Corycaeus ore diducto inhiaret, facile segregaret.* Respicit enim Phrynichus proverbium e Zenobio et Suida notum: Κωρυκαῖος ἠχθοάζετο, quanquam in aliam sententiam eo veteres usi sint.

Cod. CLXVI. p. 357, 47. Levis quoque error in Ant. Diogenis Ἀπίστοις admissus est. Nomen enim principis Leontinorum sine dubio Αἰνησίδημος fuit, non, quod vulgati exhibent, Σαινισίδημος. Aenesidemum certe, Hippocratis Gelensium tyranni satellitem, Herodotus commemorat, Aenesidemum Aegiensem, Pyrrhoniarum disceptationum autorem, Diogenes. Litera Σ e praecedente voce πρὸς repetita fuit. VII, 154. Diog. Laert. IX, 62.

Cod. CLXXXVI. p. 445, 56. contrario modo peccatum est. Ὡς Μέλανθος γένος μὲν ἦν τῶν Ηλίδων, οἱ Πύλῳ καὶ Μεσήνης ἀπὸ Ποσειδῶνος ἐβασίλευον. *Melanthus ex genere fuit Elidarum, qui Pylo et Messenae iam inde a Neptuno imperarunt.* Melanthus Andropompi filius, Bori nepos, huius autem Bori avus Periclymenus, ut est apud Pausaniam, Periclymenus porro Nelei filius, frater Nestoris, fuit. Homerus: Corinth. c. 18. Odyss. Λ. 285.

- - - Τέκεν δὲ οἱ ἀγλαὰ τέκνα,
Νέστορά τε, Χρόμιόν τε, Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον.

Adde Tzetzae Histor. Chil. II, 45. Hinc apparet, apud Photium scribendum esse: Νηλειδῶν, *Nelidarum.* Herodotus: Εόντες δὲ καὶ ἕτοι ἀνέκαθεν Πύλιοί τε καὶ Νηλεῖδαι, ἐκ τῶν αὐτέων γεγονότες, καὶ οἱ ἀμφὶ Κόδρον τε καὶ Μέλανθον. L. V. c. 65.

Cod. CLXXXVI. p. 453, 4. e Cononis Narrationibus: Λαβόντες ἦν, ὑπὸ σήματι μεγάλῳ θάπτεσι, τέμενος αὐτῷ περιείξαντες· ὁ τέως μὲν ἡρῷον ἦν, ὕστερον δ' ἐξενίκησεν ἱερὸν εἶναι. Interpres: *Caput ergo Orphei ingenti tumulo mandasse, monumentumque ipsi ab initio heroicum circumdedisse, donec id postmodum obtinuit, ut pro divino fano haberetur.* Propius

ad Graeca accedit: *ipſumque tumulum ſepto circumdediſſe, quod tum quidem monumentum erat, deinde obtinuit, ut locus ſacer, aut ſacellum, eſſet.* Sunt enim τεμένη certae agrorum portiones, Diis et heroibus conſecratae, a communi uſu exemtae, de quo vide Feithii Antiquitates Homericas, et
L. 1. c. 3. L. 6. c. 1. Perizonium ad Varias Aeliani. Ipſa ſepulcra paſſim in templa antiquiſſimae gentes commutarunt. De Aegyptiis Athe-
Legat. p. 113. ed. Oxon. v. 13. nagoras: Οἱ Αἰγύπτιοι τὰς ἄλλας ἀνθρώπας θνητὰς νομίζωσι, καὶ ἱερὰ τὰς τάφας αὐτῶν. Dionyſ. Periegetes: Καὶ τέμενος περίπυστον Ἀμυκλαίοιο Κανώβα, *Amyclaei Canobi percelebre ſepulcrum et fanum*, h. e. *urbs Canopus*. Sic oratores Graeci τάφας καὶ ἱερὰ προγόνων ſaepenumero coniungunt, ut Aeſchines de
περὶ Παραπρ. p. 18. ed. Ox. ibid. p. 194. falſa legatione, et paſſim Demoſthenes.

Cod. CXC. p. 473, 20. Ptolemaeus Hephaeſtionis F. Achillem inter virgines apud Lycomedem verſantem, Ασπετον dictum eſſe, tradit. Hoc etiam Plutarchus confirmat, qui Achillem divinos honores in Epiro conſecutum, et Ασπετον
in Pyrrho p. 383. C. ab incolis vocatum, ſcribit: Ἐκ τούτου δὲ καὶ Ἀχιλλεὺς ἐν Ἠπείρῳ τιμὰς ἰσοθέους ἔσχεν, Ἄσπετος ἐπιχωρίῳ φωνῇ προσαγορευόμενος. Ita forte a procera corporis ſtatura dictus eſt, quam Homerus laudat, unde et ἐννεάπηχυς a Lycophrone
Alex. v. 860. appellatur. Quod vero Ptolemaeus de *Pyrrho*, Achillis cognomine alio, addit, ſine dubio error eſt; hoc enim Neoptolemi, Achillis filii, παιδικὸν ἐπώνυμον fuiſſe, Plutarchus teſtatur.

Cod. CCXXXIX. p. 985, 17. Proclus Arionem Cyclium chorum, et Dithyrambum, primum inſtituiſſe docet: Τὸν δὲ ἀρξάμενον τῆς ᾠδῆς, Ἀριστοτέλης Ἀρίονα λέγει, ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν. *Primum vero, qui hoc carmine* (Dithyrambo) *cecinerit, Ariſtoteles Arionem fuiſſe prodit, qui primus Cyclium chorum duxit.* Idem Herodotus et veteres omnes uno ore comprobant, e quorum locis apparet, Suidae
v. Ἀρίων. verba, quae de mendo ſuſpecta habebat Ludolphus Kuſterus,

vir

vir ſummus, ſana eſſe. Λέγεται πρῶτος, inquit Suidas, χορὸν στῆσαι, καὶ διθύραμβον ᾆσαι, καὶ ὀνομάσαι τὸ ᾀδόμενον. In ultimis verbis ſe diu haeſiſſe, nec, quo pertineat τὸ ᾀδόμενον, pervidere fatetur. Vocat autem Suidas τὸ ᾀδόμενον ipſum Dithyrambum, ut Proclus ᾠδήν, in quo Herodotum ſecuti ſunt: Ἀρίονα - διθύραμβον πρῶτον ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε, καὶ ὀνομάσαντα, καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ, quae ad verbum deſcripſit Dio Chryſoſtomus in Corinthiaca. Cetera Gellii verba, quibus *orthium carmen* ceciniſſe Arionem teſtatur, ad hunc Procli locum ab interprete adducta, alio ſpectant. Ὀρθιον enim νόμον iam ante Arionem invenerat Terpander, cantum fidicinis, aut citharoedi, concitatiorem, et ſonora voce prolatum, cuius veteres paſſim meminere. Athenaeus: Τακτέον ἐπὶ τῆς πυῤῥίχης τὰ κάλλιστα μέλη καὶ τοὺς ὀρθίους ῥυθμούς. Dio Chryſoſtomus: τὸν ὄρθιον, τὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐπικαλούμενον νόμον: et alibi νόμον πολέμιον vocat. Iulianus quoque Imperator in epiſtolis, κιθαρῳδὸν τὸν ὄρθιον ᾄδοντα commemorat. Conf. Iſaac. Voſſius de poematum cantu et viribus rhytmi.

I, 23.

Orat. XXXVII. p. 455. A.

Lib. XIV. p. 631. B.

Orat. de regno init.

ad Jambl. XLI. p. 192.

CAP. II.

Damaſcii Vita Iſidori Philoſophi percurritur. Ἀδειν Μακαρίαν. Βάλλειν εἰς Μακαρίαν. *Verſio Damaſcii emendata. Scholiaſtes Damaſcii. Valamir Rex Gothorum. Loca quaedam, quae Euſtathius e variis ſcriptoribus hauſit, indicata.* Η ἱερὰ γενεά. *Euoe Bacche. Damaſcius emendatus et illuſtratus. Heraiſcus Bacchus, Damaſcius Atis. Suidas illuſtratus.* Η χρυσῆ σειρά. *Theagenes. Interpres Photii notatus.* Αὔξεσθαι κατὰ πῆχυν. *Damaſcius tentatus. Sacra ſepulcralia varie illuſtrata.* Λόγοι ἐπιτάφιοι. *Arrianus explicatus.* Κοσμεῖν. Πατρῷον ἐκ ἀκολάκευτον. *Damaſcius e Suida varie illuſtratus.* Κατακωχή.

Cod. CCXLII. Res Iſidori philoſophi Damaſcius copioſiſſime perſecutus eſt, in eo libro, quem φιλοσοφικὴν ἱστορίαν appellat Suidas, forte quod dum vitam Iſidori ſcripſit,

de omnibus philoſophis, qui huic aetate proximi fuere, diligenter commemoravit. Ampliſſima loca inde in ſuos commentarios retulit Photius, ſic tamen comparata, ut deſiderium integri operis non leniant, ſed accendant. In quo is quidem ita verſatus eſt, ut res cognitione dignas, et inuſitata vocabula, et ipſum verborum ordinem et collocationem notet, deinde chreſtomathias uberiores, et flores orationis, quibus abundat ſcriptor non optimorum quidem temporum, ſed facundus et elegans, colligat, ut ſe quaeque inter legendum offerebant. Quae conſuetudo, ut laudanda eſt, hoc tamen incommodi habet, quod difficulter hodie cognoſci poſſit, quo ſingula ordine diſponenda ſint, adeo, ut pleraque mutila, perturbata, et Photio indigna videantur. Ludolphus Kuſterus cenſet ille quidem, multa in his eclogis a deſcriptoribus omiſſa, multa etiam interpolata eſſe, maxime quod Suidas e Damaſcio in Lexicon ſuum transcripſerit, quae apud Photium deſiderentur, nonnunquam iis, quae hic attulit, haud paulo meliora. Bruckerus quoque, vir doctiſſimus, neglectum ordinem, et illam variarum rerum commixtionem, ſatis arguere, non eſſe haec a Photii manu, exiſtimat. Neutra ſententia ſatis placet. Potuit Damaſcium inſpicere Suidas, cum memoriae ſapientiſſimorum hominum, qui e Platonis ſchola prodierant, conſulere vellet, negligere autem hanc Photii bibliothecam, quod ipſa opera adhuc integra ſupererant, poſterioris aetatis culpa amiſſa. Deinde utriusque operis ratio eſt diſſimilis. Suidas enim, ut prodeſſet eruditis, Photius, ut ſubſidium haberet memoriae, ſcripſiſſe, videtur. Ad huius excerpta intelligenda nihil aut non multum adiumenti nobis interpres affert, quis enim eſt tam lynceus, ut in tantis tenebris nihil offendat? eaque paſſim Photium dicentem inducit, quae vix nugaciſſimo Graeculo, nedum tanti et tam acris iudicii viro, excidiſſent. Vtinam vero Henricus Valeſius curam Damaſcii edendi, quam ſuſceperat, non abieciſſet, qui quantum ingenio et inexhauſta doctrina valuerit, nemo, niſi hoſpes in literis, ignorat. Indicabo hic loca

ad Suid. v. Ηραϊσκος.

H. Phil. T. II. p. 340.

loca nonnulla, quae, ſi ſenſus inde erui commodus debet, longe aliter, ac interpres ea accepit, ſunt intelligenda.

P. 1028, 56. Principio operis Damaſcius de Diis Aegyptiorum, Oſiride et Iſide, tradit, e quibus illum quidem parentem huius univerſitatis, hanc rerum creatarum nutricem et conſervatricem, vocat. Deinde animos humanos ad arctam perfectamque cum Diis unionem adſpirare poſſe, elutis ſordibus, quas a corpore traherent, voluptatibus vero, philoſophiae infenſiſſimis, ſuperatis; non omnes tamen, ſed nobiliores, et qui e divinitate hauſti libatique eſſent. Haec poſtquam ad Platonis mentem autor diſputavit, ut perſuaderet lectori, Iſidori ſui animum Dei ex mente et divinitate genitum, nec admiſcuiſſe ſe et implicuiſſe erroribus et vitiis hominum, ut faciliorem in coelum aſcenſum haberet, pergit: Αλλὰ τάχα ἄν τις ὑπολάβοι, τὸ λεγόμενον ᾄδειν μακαρίας. Interpres: *Sed ſtatim quis exiſtimaret, ea quae dicta ſunt, beatitudinem ſonare:* quod huic loco quomodo conveniat, non video, aut quid ſit: *beatitudinem ſonare.* Verba Damaſcii ſine dubio corrupta, et forte ſic reſtituenda ſunt: Αλλὰ τάχα ἄν τις ὑπολάβοι, τὸ λεγόμενον, ᾄδεις μακαρίαν. *At ſtatim poſſet aliquis, quod vulgo dicitur, reponere: Beatorum inſulam canis,* fabulam nobis et ſomnia narras. Vt Lucianus in Hermoti- T. I. p. 814.
mo: Πάσχουσι δ' αὐτὸ καὶ οἱ τὴν κενὴν μακαρίαν ἑαυτοῖς ἀναπλάττοντες. Aut: - τὸ λεγόμενον, βαλλ' εἰς μακαρίαν. *Poſſet aliquis, quod proverbio dicitur, nobis occinere: abi in malam rem,* ſcilicet cum nugis tuis et commentitia fabula. Sequitur enim: Interrogare aliquis poſſet, quibusnam argumentis oſtendes, Damaſci, Iſidorum tuum ad perfectam cum Deo unionem perveniſſe, aut a beatiſſimis illis animis ortum eſſe? Alio ſenſu hoc proverbio uſus eſt Gregorius Nazianzenus, mores, vi- Invect. I. p. 70.
tamque improbam et infamem hoſtium Chriſtiani nominis perſtringens, ac ludibrio omnium exponens: Καὶ δὴ βάλλωμεν εἰς τὴν μακαρίαν αὐτῶν: ἐκκλησίαν ſcilicet, πολιτείαν, ut Elias Cretenſis exponit. Idem alio loco Athenas κενὴν μακαρίαν,

ad Hermot. 71. quarum fortuna non vera, ſed ſomnio ſimilis eſſet, ut Luciani Scholiaſtes exponit, ad idem proverbium reſpiciens, vocavit.

P. 1036, 42. Marinus in Philebum Platonis commentarium ſcripſerat, de quo rogatus ſententiam Iſidorus, an luce publica dignum iudicaret? eo perlecto, reſpondit: Ικανὰ εἶναι τὰ τῦ διδασκάλυ. Schottus: *videri ea magiſtro digna.* Debuiſſet: *ſufficere a magiſtro* (Platone) *tradita.*

Damaſcii codex, quo Photius uſus eſt, ſcholiis, hominis forte Chriſtiani, quibus obſcura et inuſitata vocabula, et locutiones noviter inductae, notioribus declaratae erant, ne lector ad eas offenderet, inſtructus fuit. Ex his ſcholiis nonnulla Photius in ſuas eclogas transſcripſit, ut, ἐκ τρίτων, ἀντὶ τῦ τρίτυ, quod

in Not. Hoeſchelii. ad p. 1033, 16 pertinere, Scaliger notat: ut p. 1069, 2. ubi vocem ἔδος, pro *delubro* apud Damaſcium poſitam, vulgo *ſtatuam et templi pavimentum* ſignificare, monet: ut p. 1069, 7. ubi vox περιορώμενον inuſitate uſurpari dicitur, pro ἐμβλέπον, ἀκριβῶς διασκοπῦν, niſi forte id ab ipſo Photio notatum eſt: ut p. 1072, 52, ubi τρίβωνα, *pallium*, et rhetorum et philoſophorum fuiſſe ſcribit. Hunc Photii morem cum ignoraret interpres, aliquoties graviter lapſus eſt, et cum Damaſcii verbis coniunxit, quae veteris enarratoris erant. Sic p. 1037, 13: Εἴποις δ' ἂν, καὶ μόνος ἀνθρώπων, οὓς ἀκοὴ ἔσχεν, ἢ ἔγνω· ἢ καὶ ὅτως, οἱ πρὸς ἀκοὴν ἦλθον, ἢ ὧν εἰς κατάληψιν ἀκοὴ ἦκεν, ἢ ὃς δι' ἀκοῆς ἴσμεν, ἢ ὃς διασώζει μνήμη, ἢ ὃς ἀκ ἔσβεσε λήθη, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Schottus: *Dixeris et ſolus inter homines, quos audivit vel cognovit*, et rel. At haec omnia nihil aliud ſunt, quam explicatio verborum, quae verſu 10. praeceſſerant:

Var. Lect. L. III. c. 5. p. 432. μόνος δὲ ἀνθρώπων, ὧν ἀκοῇ ἴσμεν. P. 1064 extrema, ſimile ſcholium occurrit, quod Thomas Reineſius indicavit.

P. 1041, 2. Αλλὰ καὶ τῶν περὶ Ατήλλαν ἕνα ὄντα, τὸν Βαλέμειν, ἀπὸ τῦ οἰκείυ σώματος ἀποπάλλειν σπινθῆρας· ὁ δὲ

ἦν

ἦν ὁ Βαλέμερις Θευδερίχῳ πατὴρ, ὃς νῦν τὸ μέγιστον ἔχει κράτος Ἰταλίας ἀπάσης. Quae hic de Valamiro, Theoderici Regis Italiae patre, et ſcintillis, ex eius corpore proſilientibus, deque ſe ipſo, Damaſcius refert, ad verbum in ampliſſimos ad Homerum commentarios Euſtathius tranſtulit, ita tamen, ut non ſatis accurate inſpexiſſe Photii Bibliothecam videatur. Quae enim hic de Severiani equo, conſulatum domino ſimili prodigio portendente, paulo ante notaverat, ad Tiberium Imperatorem Euſtathius retulit. Solet autem doctiſſimus Homeri interpres paſſim veterum auctorum loca non ex ipſis fontibus, ſed e ſimilibns χρηστομαθείαις, tacito nomine, ut ſua, afferre. Sic quae ad Homeri verba: Ω πέπονες, de vario uſu vocabuli πέπων et πεπαίτερος notat, ex Athenaeo (cuius priores libros non integros, ſed uti nos hodie, eorum breviarium habuit) petita ſunt. Verſus: Φοίνικες δ' εὗρον γραμματ' ἀλεξίλογα, et: φορτηγὸς δ' ἀκάτοις Κᾶρες ἁλὸς ταμίαι, ad Odyſſ. Z. laudati, Critiae ſunt, ex eodem Athenaeo ſumti. Agathoclis verba ex tertio de rebus Cyzicenis eſſe, quae apud eundem ad Iliad. Φ. de aqua aurea Regum Perſarum occurrunt, rurſus ex Athenaeo apparet. Poſſem ſimilia loca plura, aliis non obſervata, addere, ſed ad Damaſcium redeo.

Il. E. p. 513. ed. Rom.

Il. B. p. 211, 13. Deipnoſ. L. II. p. 68. D.

p. 1771. 45.

L. I. p. 28. C.

p. 1220, 23.

L. XII. p. 515. A.

P. 1048, 42. Ἡ δὲ ἱερὰ γενεὰ καθ' ἑαυτὴν διέζη βίον θεοφιλῆ καὶ εὐδαίμονα, τόν τε φιλοσοφοῦντα, καὶ τὸν τὰ θεῖα θεραπεύοντα. Schottus: *Sacra progenies per ſe vixit vitam felicem et piam, philoſophicam, divinarumque rerum inveſtigatricem.* Ἡ ἱερὰ γενεὰ philoſophi ſunt Platonici, quos etiam Hierocles ſic appellat: Οσον τῆς ἱερᾶς γενεᾶς ἔτυχον φύντες. Pro: καθ' ἑαυτὴν forte legendum eſt κατ' αὐτὴν, id eſt Ηλιόπολιν, *circa Heliopolin*, Syriae civitatem, de qua paulo ante loquitur. Credibile enim eſt, philoſophos inſignes in his agris et monte Libano verſatos eſſe, theoreticos praecipue, quos vocabant, omiſſo civitatum ſtrepitu ac turbis, uti poſtea eadem loca a monachis Chriſtianis frequentiſſime habitata fuere, ut teſtatur Aſſemanus doctiſſimus.

de Prov. et Fato, p. 553, 34.

Biblioth. Orient. T. II. p. 22. T. III. p. 701.

P. 1049,

P. 1049, 43. Βέλομαι δὲ καὶ ἀφεὶς τὸν πύθιον, ἐπὶ τὸν Ηραΐσκον ἐπανελθεῖν (τὸν εὐβιέα ἀναβόα μέγιστον ὅσον.) Hic pro εὐβιέα, Εὐβοέα Schottus legit, et vertit: *Ad Heraiſcum reverti volo Euboeum:* in quo quidem multum fallitur. Non enim Euboeus erat Heraiſcus, ſed Aegyptius, ut e Suida, et Damaſcio noſtro περὶ ἀρχῶν apparet: Λέγω δὲ τῇ Ηραΐσκῳ ἀναγραφῇ τῶ Αἰγυπτίῳ καθ' ὅλον λόγῳ πρὸς τὸν Πρόκλον γραφείσῃ τὸν φιλόσοφον. Recte igitur uncinis, quae poſt ἐπανελθεῖν ſequuntur, incluſa, atque ita legenda ſunt: Τὸν εὐιον ἀνεβόα ὅσον μέγιστον. *Evoe Bacche! quam validiſſime exclamavit*, Heraiſcus ſcilicet, qui in ſomnio viſus ſibi eſt in Bacchum commutari. Suidas multo hic plenior eſt Photio, et quorſum haec pertineant, indicat. Is apud Damaſcium reperit: Καὶ ἐγένετο ὁ Ηραΐσκος Βάκχος, ὡς ὄνειρος αὐτὸν κατεμήνυσεν. Sic alio loco refert Damaſcius, viſum ſibi in ſomnio, ſe in Attidem commutatum eſſe, et ad celebranda Hilaria matris Deum excitatum. Quae vero cauſa hos induxerit, ut ſe per ſomnium in varias Deorum formas mutatos, ſtolide iactaverint, ex Artemidoro colligi poteſt: Θεὸς εἴ τις ὑπολάβοι γενέσθαι, ἱερεὺς ἂν γένοιτο, ἢ μάντις· τῆς γὰρ αὐτῆς τοῖς θεοῖς καὶ ὅτοι τυγχάνουσι τιμῆς. Verba βοᾷν Εὔιον, vel Ευοῖ, Himerio ſophiſtae reſtituit Io. Henr. Maius, pro corruptis: Τῶ βοὸς Εὔιον. Occurrunt etiam apud Demoſthenem, oratione de Corona.

Anecd. Gr. Wolfii T. III. p. 261.

v. Ηραΐσκος.

p. 1053, 30.

Oneirocr. L. III, c. 8. p. 169. ed. Rigalt.

Bibl. Uffenb. p. 641.

p. 150. ed. Freind.

P. 1049, 6. Ex eodem Suidae loco certiſſime apparet, poſt: τὸ ἥπιον ἐπιδεικνύμενον, novi excerpti initium fieri: Οὐ Αλεξανδρεῖς ἐτίμησαν Οσιριν ὄντα καὶ Αδωνιν, κατὰ τὴν μυστικὴν θεοκρασίαν. Suidas enim auctor eſt, Heraiſcum ſacrum illud Dei aeterni ſimulacrum Oſiridis et Adonidis, ſub eadem ſtatua culti, per ſe, nullo explicante, cognoviſſe. Deſcripſit igitur haec verba Photius, ut probabile eſt, ob vocem θεοκρασίαν, qua initio operis uſus quoque eſt Damaſcius.

1028, 43.

P. 1057, 1. Δεδιὼς δ' ὁ Πρόκλος περὶ τῇ Πλάτωνος χρυσῇ τῷ ὄντι σειρᾷ, μὴ ἡμῖν ἀπολίτῃ τὴν πόλιν τῆς Αθηνᾶς. *Solli-*

citus

citus vero erat Proclus de aurea revera Platonis catena, ne nobis urbem Athenienſem relinqueret. Aurea Platonis catena ejus in Academia ſucceſſores ſunt, quibus iure metuebat Proclus, cum non diu poſt eius obitum omne decus et Athenarum et huius ſcholae obſoleverit. Sic Marinus loquitur in Procli vita: Ηγίας ὁ νέος, δείγματα φέρων -- τῆς ἀπολωλότος χρυσῆς ὄντως τοῦ γένους σειρᾶς. Eosdem philoſophos Ερμαϊκὴν σειρὰν alibi vocat, uti et Eunapius: ξυναγρίδα τῶν σοφῶν Πλωταρχείων Syneſius appellat, qui Academiam omnem ſplendorem ſua iam aetate amiſiſſe queritur, quod praefecti, cum imperio in Graeciam miſſi, philoſophos nullo loco habebant, et veteres picturas e Poecile abſtulerant. Χρυσῆ σειρὰ, ut Schottus obſervat, ex Homero traducta eſt, eaque nihil aliud, quam ſolem, indicari Plato cenſet: Hermogenis vero Scholiaſtes hunc Poetae locum, ut κακοζήλου orationis exemplum adducit. Damaſcii verba forte in mente habuit Suidas, cum ſcriberet: Σειρὰ ἡ γενεαλογία. C. 26. p. 64. c. 28. pag. 68. in Porph. p. 17. Epiſtola LIV. p. 190. ed. Pet. Il. Θ. v. 19. in Theaeteto p. 153 C. p. 375. edit. Ald. v. Σειρά.

v. 15. Πρὸς γάρ τοι τοὺς ἄλλους, τοὺς εἰς βουλὴν τὴν μεγάλην συγκαλουμένους, ὑπὲρ μόνον τὰ ἄλλα διαφέρων ἄνθρωπος ἦν ὁ Θεαγένης, ἀλλ' ἤδη τις καὶ φιλόσοφος. *Alios ad grave conſilium vocatos non modo ſuperabat Theagenes, ſed iam etiam aliquis erat philoſophus.* Debuiſſet: *Alios magno Athenienſium Senatui adſcriptos non modo ſuperabat.* De magno Senatu Athenienſi v. Meurſium in Fort. Attica. Suidas de Theagene: Καὶ γὰρ ἦν τῶν Ρωμαϊκῶν πατέρων εἷς, καὶ πρῶτος τῆς περὶ τὰ βασίλεια συγκλήτου βουλῆς. Meminit etiam Marinus in Procli vita, et τὸν καθ' ἡμᾶς εὐεργέτην, *cultorem et antiſtitem doctorum aetatis noſtrae virorum,* Theagenem vocat. c. 29. p. 71.

v. 45. Οὐ γὰρ ἐπιδιδόναι ῥᾳδίως, οὐδὲ ἦν αὔξεσθαι κατὰ πῆχυν, ὥσπερ Θεόδωρος ὁ Ασιναῖος ηὐξήθη ὑπὸ τῷ Πορφυρίῳ. Schottus: *Non enim facile erat creſcere, et ad amuſſim proficere, ut Theodorus Aſinaeus profecit ſub Porphyrio.* Pro ῥᾳδίως forte legendum eſt: ῥᾴδιος, deinde ſic potius redderem:

Non enim facile profecit, neque per cubitos, quod dicitur, in doctrina incrementum cepit, ut Theodorus quondam Asinaeus sub Porphyrio. Κατὰ πῆχυν ἐπιδιδόναι, αὔξεσθαι, proverbium est, cuius apud Suidam mentio occurrit: Ὁ δὲ φιλόσοφος ἀνεμπόδιστος εἰς ἐπίδοσιν διετέλει, καὶ ἐπεδίδου κατὰ πῆχυν, ὡς φάναι ἀτεχνῶς, ἄχρι τοῦ παντὸς δυστυχήματος, quae verba Damascii nostri esse, non dubito. Utitur etiam Eunapius: Πήχεσι δὲ ἐπὶ πᾶσαν σοφίαν αὐξόμενος. Fere simili translatione antiquus autor de Nemesi dixit: Ὑπὸ πῆχυν ἀεῖ βιοτὰν κρατεῖς.

T. II. p. 262.

in Maximo, p. 93.

Suidas v. Νέμεσις.

P. 1059, 16. de Isidoro: Ἦν τότε αὐτὸν θεάσασθαι φαιδρόν τε καὶ γεγηθότα -- καὶ τὴν ψυχὴν ὑψοῦ διεγηγερμένον ἔτι, καὶ ταῦτα τῶν περὶ θανάτου φροντίδων ὑπολειπόμενον. Πονηρὸν δὲ ἄνθρωπον καὶ τὸν βίον ἐπίρρητον. *Nunc videbatur hilaris et laetus, -- et animo sursum erectus, ad haec alienus a mortis cura. Improbum hominem et vita infami.* Videant eruditi, an haec ita coniungi debeant: ὑπολειπόμενον πονηρῷ δὲ ἀνθρώπῳ καὶ τὸν βίον ἐπιῤῥήτῳ. *Mortis curam reliquit improbo homini et vita infami*, indignam scilicet viro sapiente et honesto. Praeclara in hanc sententiam Arrianus habet in Epicteto, ut ceteros omittam.

l. 9.

P. 1060, 36. Ἀφίκετο μὲν Ἀθήναζε τότε τῷ Πρόκλῳ ἐπιταφήσων, θυμιατρίδα φέρων. *Ivit igitur Athenas, Proclo sepulcralia munera cum thure allaturus.* Habent hic quaedam exemplaria: ἐπὶ ταφῆς ὄντι: sed recepta lectio melior videtur. Tangit vero Damascius sapientum suae aetatis morem, qui memoriam amicorum, tum philosophiae studiis, tum rebus gestis, insignium, quotannis celebrabant, sepulcra honore solenni colebant. Huc unice pertinent Marini verba: Οὐδένα καιρὸν, inquit, τῆς εἰωθυίας αὐτῶν θεραπείας παρελέλοιπεν, ἑκάστου δὲ ἔτους κατὰ τινὰς ὡρισμένας ἡμέρας, καὶ τὰ τῶν Ἀττικῶν ἡρώων περιοστῶν, τά τε τῶν φιλοσοφησάντων τὰ μνήματα, καὶ τῶν ἄλλων τῶν φίλων καὶ γνωρίμων αὐτῷ γεγονότων ἕδρα, τὰ νομισμένα ὑπ' ἐτέρου

Vita Procli c. 36. p. 88.

ἑτέρῳ ἀλλ' αὐτὸς ἐνεργῶν. Quod etiam Suidas confirmat: Ἱερὸς δὲ εἴπερ τις ἄλλος εἶναι βουλόμενος, τά τε τῶν κηδεστῶν ἱερὰ λαθὼν ἐτελειώσατο κατὰ τὴν Ἀτλιχὴν, ὃ πείσας ἐκείνους, quae verba immerito ſuſpecta habet Ludolphus Kuſterus. Praeter ceteros religioſe colebant, quorum animas in ſe translatas putabant, quod ex Pythagorae diſciplina et inſtitutione fluxit. Sic Myllias, ab eo perſuaſus, Midae, Gordii filii, animam in ſuo corpore habitare, in continentem Aſiae profectus eſt, ποιήσων ὅσα ἐπὶ τῷ τάφῳ ἐκέλευσε, *facturus ibi, quae ad ſepulcrum facienda Pythagoras ei praeceperat.* Tunc vero flores in ſepulcris ſpargebant, et thure ac ſacrificiis manes placabant, cuius moris veſtigia in Tragicis, et Platonis Menexeno habemus. Praecipue orationibus ſuorum laudes celebrabant, quae λόγοι ἐπιτάφιοι dictae ſunt. De his ἐπιταφίοις λόγοις inſignis occurrit apud Arrianum locus, quem, miror, ab interprete doctiſſimo non intellectum eſſe. Praeclarum exſtare Athenienſium in Amazones, quae a Thermodonte fluvio excurſionem in Atticam fecerant, petito a Scythis auxilio, facinus, Arrianus ſcribit, quod Herodotus laudaſſet, et Micon depinxiſſet: Καὶ γέγραπται ἡ Ἀθηναίων καὶ Ἀμαζόνων μάχη πρὸς Κίμωνος, (Μίκωνος legendum eſſe dudum ad Pauſaniam docuit Kuhnius, et Sopater in Διαιρ. Ζητημάτων comprobat, ubi cauſam agit Miconis pictoris, qui, cum poſt Marathoniam pugnam barbaros maiores Graecis pinxiſſet, in ius vocatus eſt;) καὶ ὅσοι Ἀθηναίων τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας λόγῳ ἐκόσμησαν. Vitima Vulcanius reddit: *et quotquot Athenienſes ſcriptores eos, qui in bello mortui ſunt, ſcriptis ornarunt.* At de orationibus funebribus loquitur, qualis eſt Platonis Menexenus, Lyſiae in Athenienſes, qui Corinthiis auxilio venerant, et Demoſthenis, vel quisquis auctor eſt, in eos, qui ad Chaeroneam pro patria fortiter pugnantes caeſi erant; qualis et Hyperidis fuit in Leoſthenem, et in Lamiaco praelio occiſos: qui quidem oratores Amazonicum bellum, a maioribus tanta cum laude profligatum, omnes commemorarunt. Sic igitur vertendus eſt Arriani locus: *Et quotquot Athenienſes, in bello mortuos, oratione celebrarunt.*

v. Hyſiae.

Jamblich. V. Pyth. c. 28, 143.

p. 244. A.

de Expedit. Alex. p. 291. ed. Gron.

Achaic. p. 525.

p. 340. ed. Ald.

Or. 2. p. 26.

Or. 22. p. 153.

Diod. Sic. L. XVIII. p. 634.

T. II. p. 236. D. Κοσμεῖν huic rei proprium eſt. Plato in Menexeno: Ἐγῳ μὲν ἡμῖν οἶδ' ἔχϑσι τὰ προσήκοντά σφισιν αὐτοῖς, λόγῳ δὲ δὴ τὸν λειπόμενον κόσμον, ὅ, τε νόμος προστάττει ἀποδῦναι τοῖς ἀνδράσι καὶ χρή.

p. 248. C. Iterum: ὥϛε πρέπει αὐτὰ μᾶλλον κοσμεῖν, ἢ ϑρηνεῖν. Photius

p. 1476, 11. de Demoſthene ex vetere ſcriptore: Τὸς πεπτωκότας ἐν τῇ

Vol. X. p. 398. μάχῃ ἐκόσμησεν ἐπιταφίῳ. Et generatim κοσμεῖν de funeris curatione dicunt, ſuper quo Miſcellaneae Obſervationes conſu-

c. III, p. 680. lendae: ſuper λόγοις ἐπιταφίοις Ioh. Taylorus in Lectionibus Lyſiacis. Ad haec Marinus, Proclum in Academia eos

l. c. ritus peregiſſe, teſtatur.

P. 1065, 1. Ο δὲ Αρχιάδας τὸ μὲν ὅλον τᾷ παϝὸς ὐκ ὀλίγῳ ἦν διαφέρων, καὶ πολλῶν ἄλλων, εἰς ἀρετὴν, τὰ δὲ εἰς φιλοσοφίαν ἄγοντα παρειμένος, ἅτε πρὸς ταῦτα ἀνάγωγος ὢν διὰ τὴν ὐκ ἀκολάκευτον παϝῷαν ὐσίαν. *Archiadas patrem et alios multos ſuperabat, non parum virtute, Philoſophica minus curabat, tanquam ad ea ineptus, propter patrimonium blandiens.* Primum admoneo, apud Photium legendum eſſe: Ο δὲ Ηγίας τὸ

v. Ηγίας. μὲν ὅλον τᾷ παϝὸς Αρχιάδᾳ ὐκ ὀλίγον ἦν διαφέρων, quod ex Suida apparet, deinde, *patrimonium blandiens* locum hic nullum habere. Quo minus enim aptus ad ſapientiae ſtudia Hegias fuerit, adulatoribus tribuendum eſſe, qui virum opibus affluentem obſederant, apud Suidam Damaſcius prodit.

Hoc doctiſſimo grammatico facem nobis praeferente, iam unum atque alterum Damaſcii locum illuſtrabimus.

p. 1070, 23. Ad Hilarium philoſophum haec verba ſpectant: Ο δ' εἰς Αφροδισίαδα μετεχώρησε παράκλητος, ἄπαιδα βίον τῇ γυναικὶ συμβεβίωκεν, cuius rei etiam in ſequentibus meminit Photius. V. 40. omnia turbat Schottus et permiſcet. Η δὲ ἄγνωϛος φωνὴ, ὅτϖ εἴη τὴν ναῦν ἀνακωχάζειν ἐκέλευε τᾷ ὁμακοΐϖ τῆς αὐτοψίας καὶ ἀκοῆς ἅμα. Vertit: *Vox cuiusnam eſſet incertum, navem ſiſtere iuſſit, et de* ὁμακοΐϖ *eſt, quod ipſi videmus et audimus.* O cor Zenodoti! Graeca plana ſunt, ſed diſtinguenda bina Photii excerpta. In prioribus verbis usque ad ἐκέλευε,

p. 1034, 25. notat τὸ τὴν ναῦν ἀνακωχάζειν, ut ſupra τὴν ϑείαν κατακωχὴν

χὴν notaverat, de quo Thucydidis interpretes conſule: poſtrema Scholiaſtae ſunt, vocem ὁμαχόϊον, qua uſus Damaſcius erat, explicantis. Sic vero Pythagorae ſcholam appellari notum eſt, quae et ἱερὸς σύλλογος, ut ex Hierocle conſtat: Οὐχ ἑνός τινος τῶν Πυθαγορείων ἀπομνημόνευμα. ὅλε δὲ τᾶ ἱερᾶ συλλόγε, καὶ ὡς ἂν αὐτοὶ εἴποιεν, τᾶ ὁμακοΐε παν[τ]ὸς ἀπόφθεγμα κοινόν; ubi Lambecius, ut apud noſtrum Schottus, ὁμοΐε legere malebat, quod tamen neceſſe non eſt. Vide Holſtenium ad Porphyrium, Reineſium in variis, ceteros. Proverbium: ὁ μιᾷ χειρὶ δωρούμενος, ἀλλ' ἀμφοῖν, in Theagenem virum ſapientem et liberalem dici, e Suida colligitur: quare ſegregandum eſt ab iis, quae praecedunt, et huc plane non pertinent. De Severiano philoſopho Damaſcius, quae ſequuntur, tradit: Φύσει δ' ὢν φιλόνεικος, καὶ φιλόδοξος, ὡς ὁκ οἶδ' ἕτερος, ubi poſt ὡς ὁκ οἶδ' inſerendum eſt: εἴ τις. *Natura contentioſus erat, et vana arrogantia inflatus, ut neſciam, an ſic ullus alius.* Quem tandem ſenſum fundunt verba: Γρυμαῖα ἔκειτο παντοδαπῶν βιβλίων, ὅταν ἀφροδισιάζῃ ἐπὶ παιδοποιΐᾳ πολιτικῇ? Reddunt mente aliorſum verſa: *Supellectilia erant omnis generis librorum, cum liberis operam dabat gratia reipublicae.* Ecquis unquam haec ita coniunxit, aut coniuncta intellexit? Notavit ſibi Photius vocabula γρυμαῖαν, *armarium*, et ἀφροδισιάζειν ἐπὶ παιδοποιΐᾳ, e diverſis Damaſcii locis. Hoc voluit. Locis Suidae e Damaſcio deſcriptis addenda forte ſunt in voce Παλ[ξ]είκιος notata: nam apud Photium huius Patricii mentio occurrere videtur.

I, 40. p. 31.

in Aur. Carm. P. 232.

Vit. Pyth. p. 25. p. 434. p. 1072, 1.

v. Θεαγένης.

Suid. v. Σεβηριανός.

v. 49.

p. 1054, 55.

CAP III.

De Himerio Rhetore. Maii et Fabricii in eum merita. Photius tentatus. Βῆμα *iudicum. Diverſae veterum ſententiae de legatis Perſarum Athenas miſſis. Verſio aliquoties caſtigata.* Δήμιος. *Schottus notatus. Pictura per ignem. Perſae ad Pylas. Maius notatus. Orationis militaris verſio bis emendata. Schottus notatus. Menander vel Alexander rhetor bis reſtitutus.* Λύραν κάμνειν. Χορὸς Φιλοσό-

λοσόφων. *Propempticae Juliano Imp. ſcriptae. Coronae amatorum diſcerptae.* Πομπαῖον μέλος. *Pan vialis. Quaedam de propempticis.* Συμπαραπέμπειν. *Cicadae Athenienſium.* Μερίζεσθαι πρὸς. Πήχεις *Nili. Simulacrum occaſionis. Marmorum Taurinenſium interpretes laudati. Timotheus Muſicus.* Σκιρτᾷν. *Schottus notatus. Democedes medicus. Dio Chryſoſtomus emendatus. Athanaſii vita bis illuſtrata.*

Cod. CCXLIII. Himerium, praeſtantis ingenii et doctrinae virum, omnes ſuae aetatis ſapientes laudarunt, et domus eius cunctae Graeciae, quaſi ludus quidam et officina dicendi, patuit. Obſervabat ipſum praecipue Iulianus Caeſar, qui in aulam vocavit, et ad manum aliquando habuit, ſcribae loco. Oratio eius paſſim turget, et inflata eſt, dum undique floſculos carpit, et ex omni genere argumenta dicendi aucupatur, eorum more, qui Sophiſtae nominabantur. In declamationibus non deſunt tamen priſcae eloquentiae veſtigia, ubique praeſtantiſſimas ſententias vetuſtiſſimorum ſapientum et argutas fabulas, et memoriam antiquam, intexit. Hoc magiſtro, praeter ceteros, uſus eſt Baſilius Magnus, facundia ſolo Chryſoſtomo inferior, et magnus Chriſtianae profeſſionis vindex, in cuius epiſtolis ſimile dicendi genus apparet. Orationum eius tres hodie exſtant integrae, Nuptialis, Militaris, et in Panathenaicis habita, ex Auguſtano codice, cuius exemplar apud Vffenbachium fuit, editae a Ioanne Henrico Maio, et Iohanne Alberto Fabricio. Harum orationum duas priores legit quoque Photius, et optima inde excerpſit, tertiae etiam meminiſſe his verbis, εἶτα ῥηθεὶς ἐν τῇ πόλει εἰς αὐτὴν δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα, cenſet Maius, in quo fallitur. Ad eam pertinere potius videntur, quae praecedunt: Προπεμπτικὸς δὲ εἰς Φλαβιανὸν, καὶ ἐπιθαλάμιος ῥηθεὶς εἰς Παναθήναιον. *Propempticum in Flavianum et Epithalamium in Panathenaeum dictum.* Legendum eſt: Προπεμπτικὸς δὲ εἰς Φλαβιανὸν, καὶ Ἐπιθαλάμιος, ῥηθεὶς εἰς Παναθήναια, εἶτα λαλιά. Hac oratione enim praecipue Minervae ſacra celebrat, ſimulque in Iuliani

Socrat. VI, 26. Sozomen. VI, 17.

Bibl. Uffenb. p. 590. ſq.

Bibl. Gr. Vol. IX. p. 426. ſq.

p. 631.

p. 353, 18.

ni Caesaris laudes excurrit, qui tum Athenis versabatur, et recitanti Himerio adfuisse videtur. Photii aetate plus LXX. eius declamationes circumferebantur, e quibus praestantissima quaeque in suam Bibliothecam transtulit. Nec Eustathio ignotae fuerunt, qui in commentariis: Ηρος ἡ γῆ μειδιᾷ ἡδύ τι καὶ χρυσαυγὲς, et alibi: Κοιμίζει μὲν δῆμον κυμαίνοντα, ut Himerii laudat, quae tamen verba in editis non exstant. Latina Schotti versio saepenumero sensum obscurat magis, quam illustrat, quia disiecta haec membra commissuris et compagibus suis, ut ille voluit, coniungi nullo modo possunt. Dabo hic exempla nonnulla, plura afferet amicus quidam noster, in edendo e codicibus Anglicanis Himerio nunc occupatus, hoc nomine, ut aliis multis, bene de literis meriturus. p. 159, 25. p. 1637, 13.

P. 1077, 24. Κοινολογεῖται καὶ μετὰ βῆμα βασιλεῦσιν Αἰσχίνης, καὶ μετὰ Κ]ησιφῶντα, καὶ τὴν φυγὴν, τυράννοις ἔτι περιεργάζεται. *Aeschines confert cum regibus sermones pro suggestu, et post exilium propter Ctesiphontem amplius sollicitat reges.* Βῆμα hic tribunal iudicis est, ut in iisdem excerptis: Καλῶμεν ἐπὶ τὸ βῆμα τὺς ῥήτορας. Rursus: Αποτείχισταί σοι λαμπρῶς τὸ βῆμα. Repono igitur: *Aeschines etiam, postquam a iudicibus sententia in eum pronunciata est, cum regibus sermones confert, et postquam in Ctesiphontis iudicio causa cecidit, fugamque capere coactus est, adhuc tamen consilia cum tyrannis confert.* p. 1084, 53. p. 1093, 41.

P. 1080, 19. Επολέμει Ξέρξης, γῆν μεταποιῶν καὶ θάλατταν, ὅτι τὺς τὴν βῶλον καὶ τὴν κύαθον αἰτήσαντας τὸ βάραθρον ἀντὶ τῆς ἐκκλησίας ἐδέχετο. Interpres: *Tanto exercitu advenit Xerxes, terram et mare permutans, ut petentes glebam et cyathum loco concionis in barathrum coniecerit.* Sensus est: *Xerxes bellum gessit, terras et maria miscens, quoniam legatos eius, qui terram et aquam postulaverant, Athenienses non in concione exceperant, sed in foveam proiecerant.*

Nota

VII, 133. Nota res eſt ex Herodoto, qui cauſam belli adverſus Athenienſes a Xerxe ſuſcepti, facinus crudele, in Darii legatos quondam commiſſum, fuiſſe, ſcribit. In eo tamen ab Herodoto diſcedit Himerius, quod non Darii, ſed Xerxis, legatos hunc Athenienſium furorem expertos eſſe, dicat, quod rurſus in Polemarchica repetit: Herodotus contra Athenas et Spartam nuncios, qui bellum indicerent, aut foedus offerrent, nullos a Xerxe miſſos eſſe, referat. At Plutarchus quoque Perſarum legatum a Themiſtocle interfectum, ſcribit, a Xerxe ſcilicet miſſum: nam Dario imperante nondum ad rempublicam Themiſtocles acceſſerat.

p. 1108, 53. et 625. ed. Maii.

T. I. p. 114. E.

P. 1080, 47. Ἀλλὰ πονηρὸς Αἰσχίνης, πρόσθες, εἰ βούλει, καὶ Φωκέων ὄλεθρον -- καὶ πάνθ' ὅσα πολλάκις Αἰσχίνης ἀδικῶν τὸν δῆμον ἐγκέκληται. *Fac, ſi libet, improbum eſſe Aeſchinem, perniciem Phocenſium - - et ſi quibus aliis nominibus iniurioſe populum tractans, appellatus eſt.* Poſtrema ſic vertenda ſunt: *adde omnia, quorum cauſa Aeſchines, populum ſaepe iniuria afficiens, in ius vocatus eſt.*

P. 1081, 23. Πάρνασσος δὲ ἐς τὴν θάλασσαν ἐσφενδόνα κορυφὰς καὶ τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἀντὶ βελῶν ὑπὲρ τοῦ γένους ὁπλίζεται. *Parnaſſus contorſit in mare montis vertices, et partibus ſuis, loco telorum, pro hac gente pugnavit.* Oſtentum, quod in Gallorum adverſus Delphicum templum expeditione contigit, magnorumque periculorum metum hoſtibus portendit, reſpicit. Herodotum et Pauſaniam vide. Attigit rurſus Himerius oratione adverſus Epicurum.

Herod. VIII, 38. Pauſ. X, 23. p. 1085, 45.

P. 1084, 58. De Epicuro: Ὑπὲρ τὸν Ἰξίονα τὸ θράσος ἄνθρωπος, ὑπὲρ τὸν Σαλμωνέα τὴν ὕβριν, τὴν τόλμαν ὑπὲρ τὸν Τάνταλον, ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν μῦθοι, καὶ τῇ σκηνῇ μόλις τάγε τοιαῦτα πιστεύομεν. *Audacia ſuperat ille Ixionem, ferocia Salmoneum, temeritate Tantalum: ſed haec in fabulis et per umbram vix credimus.* Sic interpres, qui pro τῇ σκηνῇ, σκιᾷ legiſſe videtur

tur. Converte: *Sed haec fabulae ſunt, et talia vix, cum in theatris exhibentur, credimus.* Quibusdam interiectis, ſequitur: Μηδὲ ῥυέσθω τῆς τιμωρίας Ἐπίκουρος, ὅτι μὴ κατὰ τοὺς πρότερον κατὰ θεοὺς ἐθρασύνατο. *Non abſolvatur Epicurus, quod non eadem, quae priores, contra Deos ſenſit.* Potius: *quia non eadem, quae priores*, Tantalus ſcilicet, Ixion, ceteri ſuperorum contemtores, *adverſus Deos auſus eſt.* Rurſus: Καὶ τοῖς κρινομένοις ἐξὸν, ἀντὶ τῶν πεπραγμένων τὰ μὴ πεπραγμένα προτείνεσθαι. *Et liceat reis pro malefactis benefacta proferre.* Senſus et ſtructura verborum poſtulat: *Et liceat reis, facinoribus ſuis, ea quae non commiſere, praetendere.* P. 1085, 16. v. 23.

P. 1088, 8. elegantiſſimus locus leviter a librariis corruptus eſt: Τί ἂν ἐκείνῳ (σοφῷ) τέλος· - ἀρετῆς κ]ῆσις, ὦ! τ' αὖ, ταύτης δὲ πῶς αἱρεῖ, κἀκ τίνος τρόπου τῆς θείας ἐκείνης θήρας ἐγκρατὴς γίνεται; πλούτῳ καὶ χρήμασιν οὐκ ἔστιν αἱρετή. οὔτε ῥώμη τοῦ σώματος, (αἱρετὴ) ὑπὲρ ἅπαντα κότινον ὁ ταύτης στέφανος. Hic pro ὦ! τ' αὖ legi debet ὦ τᾶν, quod habet Himerii editio Stephaniana, deinde poſt verba, οὐκ ἔστιν αἱρετὴ, vocabulum οὔτε, et alterum αἱρετὴ, inter lineas poſitum, delendum eſt, interrogationis nota in eius locum ſubſtituta: ut ſenſus ſit: *Quis igitur ſapienti finis? - ut virtutem conſequatur, o bone. Hanc quomodo obtinebit, aut quomodo praedae huius divinae compos fiet? opibus ac divitiis non acquiritur: an corporis robore? corona eius omnibus oleaginis ſuperior*, quae ſcilicet poſt curſum, pugilationem, luctationem, et alias corporis certationes, victoribus Olympicis imponebantur. an. 1567. p. 31.

P. 1093, 35. In ſequenti declamatione, quam Henricus Stephanus male cum priori coniunxit, ubi pauper inducitur coram iudicibus querens, filium ſuum, quem vir dives adoptaverat, in adulterio cum uxore deprehenſum, et ab hoc interfectum eſſe, neſcio, an haec verba recte acceperit interpres: Καὶ πρῶτον, εἰ θέλεις, τοῦτον τὸν νόμον εἰσένεγκε· Μὴ λέγειν ἔτι

τῷ λοιπῷ πένητα, τολμήσαντι δὲ τίμημα ἐπικεῖσθαι, τῷ γένει γίνεσθαι δήμιον. Reddidit: *Hanc primo, ſi lubet, legem ferto: In poſterum in iudicio pauper non loquatur, loquenti poena irrogetur, inter plebeios referatur.* Sed quomodo, quaeſo, inter plebeios referri poterat, qui nullo loco inter ſuos habebatur, et tantum non oppreſſus inopia erat: deinde quis δήμιον eo ſenſu uſurpavit? Δήμιος *carnificem, lictorem, vindicem rerum capitalium*, notat. Mallem itaque ſic convertere: *Hanc primo, ſi lubet, legem fer: In poſterum pauper in iudicio non loquatur, - - carnifex univerſi generis eſto:* niſi forte verba: τῷ γένει δήμιον γίνεσθαι, a praecedentibus, ut novum excerptum, diſtinguenda ſunt. Poteſt hoc quodammodo confirmare id, quod ſequitur: πᾶσα πένητος ἐκκέκοπται γλῶσσα τῷ παραδείγματι.

Miſc. Obſerv. Vol. X. p. 268.

de Clem. I, 25. Sic fere Seneca locutus eſt: *Clementia vocetur, ad occidendum amicum carnifex inter homines.* Sed, ut verum fatear, nondum omnia ſatis expedita ſunt. Videant eruditi.

1133, 25. Certe in oratione ad Muſonium, Proconſulem Graeciae, vocem δήμιον Schottus non intellexit: Σῆς γὰρ ἀκίδος φόνον ἀνθρώπων ὁ δῆμις ἅψασθαι, ἀλλά τις ἔφυγεν διὰ σὴν ψῆφον, καὶ δήμιον εἶδε, τὸ ξίφος κατὰ τῆς σφαγῆς ἀνατείνοντα. Vertit enim: *Non licet cuſpidi tuae hominem interimere, ſed aliquis effugit iudicium tuum, et ſcivit, te publicum gladium contra caedem extendere.* At ſi hoc voluiſſet Himerius, δημόσιον ξίφος dixiſſet, ut Syneſius epiſtola ad Athanaſium. Pro: καὶ δήμιον εἶδε τὸ ξίφος, alia exemplaria praeferunt: καὶ δήμιον δὴ τὸ ξίφος, quod probo, et ſic accipio: *effugit aliquis ſententia tua carnificem, iam gladium ad necem intentantem.*

Ep. CXXI. p. 258.

P. 1093, 56. Πῦρ δὲ ὑπηρετείσθω τῇ γραφῇ, οἷον ἀνάπτειν πεφύκασι τιμωροὶ τοιούτων θανάτων δαίμονες. *Serviat picturae ignis, qualem ultores huiusmodi caedium daemones ſolent excitare.* Reſpicit veterum morem, qui picturas inurere ſolebant, de quo Plinius: *Ceris pingere, ac picturam inurere, qui primus excogitaverit, non conſtat.*

XXXV, 39 et 41. ubi v. Hard.

P. 1104,

P. 1104, 26. Οὐκ ἤνεγκαν δὲ τριακοσίους ἐκεῖνοι Λακεδαιμονίους ἐν Πύλαις, ἀλλ' ἐν ὀφθαλμοῖς βασιλέως ἔπιπτον αἱ τοσαῦται μυριάδες, πρὸς ἕνα λόχον ὑπὸ μαστίγων παρατασσόμεναι. *Illi Lacedaemonios trecentos ad Pylas non ſuſtinuerunt, ſed in oculis regis tot myriades ceciderunt, adverſus unum agmen quaſi flagris ordinatae.* Vocabulum *quaſi* delendum eſt. Milites enim Perſarum, praelium adverſus Lacedaemonios ad Thermopylas detrectantes, verberibus a ſuis ducibus compulſos eſſe, Herodotus narrat, cui Cteſias in Perſicis conſentit. Verba: Πέρσαι κλῆρον ἕνα τὴν ὑφ' ἡλίῳ πᾶσαν δεῖξαι τοῖς ὅπλοις βαλόμενοι, et quae ſequuntur, ex oratione Xerxis, ad ſuos poſt receptam Aegyptum habita, Himerius hauſit. Ex eodem Herodoto, quae de Eretrienſium caede commemorat, ſumſit, qui Chium, Lesbum, Tenedum, Perſarum armis peragratas, homines quaſi in ſagenam concluſos eſſe, tradit. Addatur Plato in Menexeno. Sopater in διαιρέσει ζητημάτων: Ἐρέτριαν, ὦ στρατηγέτα, νῦν ἀποδῦναι τῇ θαλάττῃ σε λείπεται, καὶ Μήδων σαγηνεύσαι σε τὰς φάλαγγας, καθάπερ ἐκεῖνοι τὴν Νάξον ἐν μέσοις τοῖς κύμασι.

VII, 223. p. 1105, 57. Her. VII, 8, 3. VI, 31. p. 1106, 4. p. 242. B. p. 347.

Πολεμαρχικὸν λόγον, cuius excerpta quaedam p. 1105. Photius dedit, e codice Auguſtano Io. Henr. Maius integrum protulit. In hac oratione virtutem Callimachi polemarchi, et Cynaegiri, Euphorionis filii, commemorat, quorum alter, multis Perſarum telis confoſſus, non cecidit, ſed poſt mortem quoque truci vultu caedem hoſtibus et fugam minari viſus eſt. Quod etiam Plutarchus in Parallelis tradit: Καλλίμαχος πολλοῖς περιπεπαρμένος δόρασι καὶ νεκρὸς ἑστάθη. Alter triremem hoſtilem tam diu tenuit, donec eam, manu abſciſſa, dimittere coactus eſt, teſte Herodoto, cui ceteri uno ore conſentiunt, niſi quod Ammianus Marcellinus Callimachum appellet, qui erat Cynaegirus vocandus. At Himerius, ut a Maio Latine converſus eſt, duorum militum facinora uni tribuit.

p. 621. T. II. p. 305. C. VI, 114. Lib. XXVI.

Sequitur: Ὦ πρῶτοι τὰς ἀκλήτους συμμαχίας, τὰς τῶν θεῶν, εὐτυχήσαντες. *O qui omnium primi nondum dicta Deorum*

certamina feliciter assecuti estis. Mallem: - *inaudita Deorum auxilia feliciter consecuti estis.* Respicit enim Himerius veterem memoriam, quae in campis Marathoniis et Salaminio praelio Deos Graecis opem tulisse, tradit. Pausanias: Ἀδεται δὲ ὑπὸ Ἀθηναίων, ὡς θεοί σφισιν ἐν Μαραθῶνι καὶ ἐν Σαλαμῖνι τῷ ἔργῳ μετάσχοιεν. Libanius: Ἐπεὶ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις μεῖζον εἰς δόξαν οἶμαι, τὸ μεθ' Ἡρακλέους καὶ Πανὸς πρᾶξαι τὰ λεγόμενα ἐν Μαραθῶνι, ἢ τῶν θεῶν χωρὶς ταῦτα ἐδεδύνητο. Sic Aesopum redivivum in Thermopylarum faucibus Graecis adfuisse, Proclus Hephaestionis, secundum veteres, refert.

VIII, 10.

Or. X. p. 276.

ap. Phot. 489, 19.

P. 1109, 48. In oratione, qua Rufinum, filium suum, liberali causa manu asserit: Ἐμός ἐστιν, Ἀθηναῖός ἐστι, πόλεως πλέον τιμώσης τὸ κοινὸν γῆρας, ἢ τὸ τῶν πατέρων ἕτεροι. Pro γῆρας Schottus γέρας legit, et vertit: *Meus est, Atheniensis est, donum est publicum civitatis plus ceteris honoratae.* Graeca hoc sonant: *Meus est, Atheniensis est, ex ea civitate, quae vulgo viros aetate graves magis colit, quam alii senectutem patrum.* Eodem modo initio orationis sensum is pervertit: Ἐγὼ καὶ σοφιστὴς ἐγενόμην παρ' ὑμῖν καὶ πατήρ. *Ego et pater apud vos Sophistae fuimus.* Debuisset: *Ego et Sophista apud vos sum, et pater,* utrumque enim de se Himerius praedicat, ut sequentia declarant.

P. 1113, 45. In Epithalamio: Ἀπόλλωνά φασι, μετὰ τὰς μεγάλας νίκας, ἃς πλήττων τὴν λύραν ἤρατο, καὶ κατὰ παστάδων ἠχῆσαι μέλος γαμήλιον. *Ferunt Apollinem, post clarissimas victorias, quas feriendo lyram adamavit, ad thalamos coniugale cecinisse melos.* Sic interpres, qui τὸ ἤρατο ab ἐρᾶσθαι esse putavit, cum ἄρασθαι νίκας noster dixerit, ut ἄρασθαι πόλεμον, ἄρασθαι πόνον, alii. Lege igitur: *quas victorias lyram feriendo subiit.* Sequentia eleganter illustrat Menander, vel, quod Valesio placet, Alexander, Rhetor, περὶ Ἐπιθαλαμίων: ὅτι γαμῶντος Διονύσῳ Ἀριάδνην, παρῆν ὁ Ἀπόλλων καὶ τὴν λύραν ἔπληττεν. Mitto reliqua, Himerii loco adeo similia, ut

Emendat. I, 24. p. 627.

ut vix dubitari poſſit, hunc ad praecepta Alexandri orationem ſuam accommodaſſe. Obiter lectorem moneo, Alexandrum eodem capite leviter corruptum eſſe: Αλφίας ὁ πισαῖος ἐρᾷ πηγῆς σικελικῆς Αρεθόσης * καὶ βιάζουσα τὴν φύσιν, καὶ καθάπερ νυμφίος ἐρωτικὸς κελαρίζων διὰ τῆς θαλάσσης, ἄπεισι ζέων εἰς τὴν νῆσον, εἰς Σικελίαν. Sic edidit Aldus, quem, miror, non vidiſſe, locum integrum eſſe, modo pro: καὶ βιάζουσα τὴν φύσιν, legatur: βιάζων. Nota eſt de Alphei, quem etiam Himerius ποταμὸν Πισαῖον vocat, et Arethuſae amoribus fabula, nec opus, hanc pluribus explicare. In fine capitis: Πείθομαι δὲ καὶ ἕρωτας παρεῖναι, τόξα μὲν ἀντι * μένους, βέλη δὲ ἐφαρμόττοντας. Haec emendare, difficile putat Valeſius, ſed commode lacuna ſuppleri poteſt voce: ἐντεινομένους. *Suadeo quoque, amores, arcus tendentes, et ſagittas aptantes, inducere.*

p. 1124, 9.

p. 629.

Emendat. I, 27.

Plane alienum eſt ab Himerii mente, quod interpres initio *Dialogi* attulit: Τὰς κοινότητας τῶν ὑποθέσεων ἰδίας αἱ μεταχειρήσεις ἐργάζονται· διὸ καὶ τοὺς προπεμπτικοὺς λόγους, κἂν νέοι τῷ νόμῳ τυγχάνωσιν, ἀλλ' ὧν ἐξέσται τῇ τέχνῃ καὶ πρεσβυτέρους ἐργάσασθαι, ὅπερ ἡμεῖς πεποιήκαμεν. Hoc eſt: *Communia argumenta ars et ſtudium propria facit: quare et propempticis orationibus, etiamſi conſuetudine novae ſint, licebit arte vetuſtatem induere, id quod nos praeſtitimus.* Scilicet more Dialogi has orationes ſcribentes. Sic Lucianus novo exemplo Comoediam cum Dialogo coniunxit. Οὐ πάνυ γοῦν συνήθη καὶ φίλα ἐξ ἀρχῆς ἦν ὁ διάλογος καὶ ἡ κωμῳδία. *Non enim omnino conſueta inter ſe atque affinia Dialogus et Comoedia fuere.* Quod cum nonnullos admirari animadverterat, orationem ſcripſit ad eum, qui dixerat: Prometheus es in verbis. Conf. in Zeuxe ſeu Antiocho. Schotti verſio nec verba Himerii, nec ſenſum expreſſit.

p. 1117, 4.

Opp. T. I. p. 31.

p. 839.

P. 1121, 4. Idem in prooemio orationis ad ſocios, cum Corinthum iret, lapſus eſt. Verba Himerii ſunt: Οἱ πάλαι τὴν λύραν κάμνοντες, εἴ ποτε γῆν ἐπ' ἄλλην ἔσπευδον, οὐκ

ἄφθογγον τὴν ἀποδημίαν ἐποίων, ἀλλ' ᾠδῇ καὶ μέλει τὸν χορὸν τὸν ἑαυτῶν ἀπησπάζοντο. Schottus: *Veteres, lyram fabricantes, si quando in aliam terram properarent, peregrinationem non vacantem Musica faciebant, sed cantu et carmine chorum suum retinuerunt.* At οἱ τὴν λύραν κάμνοντες non sunt
p. 1141, 42. *fabricantes lyram*, sed *lyra canentes, poetae.* Himerius alibi:
Κρείττονά με λύραν, ὦ φίλε, κάμνοντα - εἰς τυγνὸν μέλος ἀπέρ-
p. 1129, 59. ριψας. Sic κάμνειν τὴν ἱστορίαν alio loco dixit. Ceterum obſervavi, horum temporum ſcriptores non poetis modo, ſed etiam ora-
in Epiſtolis. toribus, lyram tribuiſſe. Iulianus: Νῦν δὲ οἶδα, ὅτι μάτην σοι
p. 1136, 50. ταύτην τὴν λύραν λέξομεν. Himerius: Αλλὰ γὰρ ὥρα λοιπὸν, ὦ παῖδες, καὶ τοῖς πολίταις τὴν λύραν τὴν ἡμετέραν ἁρμόσασθαι.
ap. Fabric. Id. Oratione in Iulianum: Μέλος γάρ τι λαβὼν ἐκ τῆς λύρας, εἰς
p. 425. τὴν σὴν ἐπιδημίαν προσοίσομαι. Deinde: ὁ χορὸς ἑαυτῶν, ſunt *ſocii,*
XXXIV p. 168. *poetae*, ut ſolent τὸν χορὸν accipere ſcriptores. Iulianus in Epiſt. Ἐφ' Ομήρῳ καὶ Πλάτωνι, καὶ εἴ τις ἄλλος ἄξιος τότε τῷ χο-
Orat. IV. p. 60. ed. Hard. ρῷ. Sic Themiſtius χορεὺς ὅλης ἐκ Λυκείου καὶ Ακαδημίας, dixit. Poſtremo: τὸ ἀπησπάζοντο eſt ab ἀπασπάζεσθαι, *valere iubere*, non, ut Schottus cenſet, ab ἀποσπάζεσθαι. Habet igitur is locus hunc ſenſum: *Veteres, lyram pulſare docti, ſi quando in alias terras abibant, non vacantem muſica peregrinationem faciebant, ſed cantu et carminibus ſodalibus ſuis vale dicebant.* Veſtigia huius moris exſtant apud Theocritum in Thalyſiis, ubi Simichides, qui forte ipſe Theocritus eſt, e Sicilia in Co inſulam, ad vindemiam amici proficiſcens, itineris ſocium Lycidam habet caprarium, cum quo certamen cantus in via inſtituit.

P. 1121, 9. Inter orationes diverſorum argumentorum, quae primo loco occurrit, propemptica eſt. Miror vero, nullum eorum, qui hactenus Photio manum adhibuere, eam ſcriptam eſſe in Iulianum Imperatorem, obſervaſſe, cuius rei certiſſima et plane perſpicua indicia haec habeo. Laudat Himerius virum ipſa natura moderatum et continentem, qui cedere regnum aliis, quam ipſe imperare, maluiſſet. At Iulianus

magna

magna aequanimitate tulit, Gallum fratrem ſibi praelatum ac dignitate Caeſaris ornatum, pallium quippe philoſophicum purpurae longiſſime anteponens. Deinde ſolem avum huius principis vocat; quem auctorem generis ſui coluiſſe Iulianum, compertum eſt. Poſtremo eum ob ingenium et literarum ſtudia laudat: quae certe in Iuliano maxima fuere, adeo, ut graviſſimis turbis, ad quas componendas in Galliam miſſus erat, non potuerit inde avocari.

Liban. Or. X. p. 264.

Paneg. in Sol. Caeſar. extr.

Amm. Marc. Lib. XXII, c. 5.

Initio huius orationis notaverat ſibi Photius: Οὐ γὰρ ἀφηρέθης τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἑκὼν ἔρριψας, ὥσπερ τις ὑπερόπλης κατὰ τῶν παιδικῶν τρυφῆσαι βελόμενος. Schottus: *Non vi e regno eiectus es, ſed libenter excidiſti, non ſecus, quam ſi ſuperbus quis in puerilibus voluptatem capere contenderet.* Ego vero, cum ex his ſenſum commode elicere difficile ſit, aut τελείαν τιγμὴν poſt ὑπερόπλης ponerem, aut, ſi Himerius, ut certe codices omnes confirmant, ita haec coniunxit, poſt τρυφῆσαι βελόμενος adderem, στέφανον, et converterem: *Non vi regno ſpoliatus es, ſed ſponte coronam abieciſti, ut contemtor, qui deliciis et amoribus ſuis indulgere vult.* Sequitur apud Himerium coronae, e roſis contextae, mentio, quod ſententiam noſtram confirmat. Digitum vero intendit ad veterem amatorum morem, qui, cum puellas ſuas inviſerent, coronas, quas in capite geſtabant, proiiciebant in terram, et lacerabant, ut Theocritus docet, et Athenaeus, qui varias cauſas, cur eos amare putemus, qui coronas diſſolvunt, διὰ τί τῶν ἐστεφανωμένων ἐὰν λύηται ὁ στέφανος, ἐξᾶν λέγονται; affert. Τρυφᾶν καθ' ἑαυτὸν, Lucianus dixit in Timone: Πλατείτω δὲ Τίμων μόνος, καὶ ὑπεροράτω ἁπάντων, καὶ τρυφάτω μόνος καθ' ἑαυτόν. Iungit ὑπεροραῶντα ἁπάντων καὶ τρυφῶντα, ut noſter ὑπερόπλην et τρυφῶντα, quare ea vox ſollicitanda non eſt, licet ἑταιρὴς forte aptior videatur. Sed adhuc aliquid ſalebroſi in eo loco ſupereſt, quare hanc coniecturam eruditorum iudicio ſubmittens, qui melius coniiciet, hunc vatem optimum perhibebo.

Idyll. III, 21.

L. XV. p. 669. F.

Opp. T. I. c. 43.

Himerius:

P. 1121, 32. Himerius: Πέμποι μέν σε Πὰν ἐνόδιος πομπαῖον, καὶ γλυκὺ προσηχῶν μέλος τῇ σύριγγι. Schottus: *Trivialis Pan te evocatorem animarum dulce fiſtula carmen perſonans deduceret.* Πομπαῖον vocari Mercurium, qui pias animas laetis reponit ſedibus, easdem orco evocat, nemo ignorat; verum id locum hic nullum habet. Virgula poſt Πὰν ἐνόδιος ponenda. Τὸ πομπαῖον enim ad μέλος pertinet, atque idem, quod προπεμπτήριον, ſignificat: *Pan vialis propempticum et dulce carmen fiſtula canens, ſe ducem itineris tibi praebeat.* Fuiſſe autem Panem inter viales Deos a Graecis cultum, e vetere marde Diis Vial. Graec. p. 35. more probat Theoph. Sigefr. Bayerus.

Sequentem quoque orationem propempticam eſſe, Iuliano ſcriptam, nondum a viris doctis animadverſum eſt, quare argumenta afferam, ut omne ipſis dubium eximam. Himerius virum, qui, cum vix prima lanugine genae veſtitae eſſent, principatum obtinuit, celebrat. In Iulianum hoc maxime cadit, qui vigeſimum tertium aetatis annum ingreſſus, Caeſaris dignitate ornatus eſt. Bella geſſit, quem vialibus Diis commendat Himerius, cum populis, ipſos Cyclopes ferocia ſuperantibus: Iulianus Chamavos, Salios, Gallos, Alemannos, gentes immanitate barbaras, horribili clade affecit, quod bel-
Or. X. p. 268. lum Ἆθλον τῶν Ἡρακλέους χειρῶν δεόμενον vocat Libanius. Iſtrum porro, aeterna glacie vinctum, ille adiit: Iulianus, expeditionem
Amm. Marc. adverſus Gothos meditatus, civitates Thraciae, oramque Da-
Lib. XXII, c. 7. nubii, praeſidiis et cuſtodiis munivit. Athenas, praeter ceteras urbes, amicus Himerii adamavit: at quis ignorat, Iulianum ob magnum philoſophorum proventum, et antiquam literarum glo-
p. 267. riam, Athenis delectatum eſſe? Libanius: Ἐρῶντα τῆς Ἑλλάδος, καὶ μάλιστα δὴ τοῦ τῆς Ἑλλάδος ὀφθαλμοῦ, τῶν Ἀθηνῶν, εἰς γῆν ἐρωμένην πέμψας. Hanc igitur orationem Iuliano, forte cum profecturus in Perſas eſſet, quae expeditio ipſi perniciosa fuit, dictam eſſe, his inductus argumentis, exiſtimo. Ipſe Photius, ubi decla-
p. 353, 21. mationes Himerii ordine recenſet, eius meminit: Ῥηθεὶς ἐν τῇ πόλει εἰς αὐτὴν δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα.

Eſt

Eſt et Conſtantinopoli dicta in ipſam urbem et Julianum Imp. Laudat etiam Cangius, vir ſummus, haec Himerii ex Eu- Conſt. Chriſt.
chariſtica in Iulianum: Σὺ μὲν Εὐρώπης ἀρχὴ, σὺ δὲ καὶ πέ- p. 2.
ρας καθέζηκας· σὺ δὲ καὶ Ασίας τὴν ἴσην μοῖραν κεκλήρωκας, quae e ſcripto libro ſumta videntur. Apud Photium enim, quantum memini, non exſtant.

Lubet iam huius orationis loca quaedam, nondum intellecta, hic perpendere. P. 1124, 51. verba: Κατὰ δὲ ταύτης τῆς ἠόνος χορὸς νηρηίδων ἐχόρευε, λευκαὶ πᾶσαι, γάλα αὐτὸ, οἷον ἂν ἐκεῖνο γένοιτο τέχναις ποιμένων ἱσταμένον, ſic reddo: *Ad hoc littus (Ionium) Nereidum chorus ſaltabat, quae omnes candidae erant, lac merum, ut eſt, paſtorum arte coagulatum.* Deinde a verbis: ἡ δὲ ἀντερᾷ τῷ νυμφίῳ, novum excerptum incipit, cum quo non coniungendum erat: ὅπερ καὶ κατὰ τῆς ἀρετῆς ἀνύμνηται, *quod etiam contra virtutem laudatum eſt.* Iis, quae ſequuntur, mira ſuavitas et elegantia ineſt, propempticis propria. Hiſtorias enim veteres, et fabulas, quas immiſcet autor, et ἐρωτικὰ πάθη, huic generi unice apta eſſe, Menander in Epidicticis docet. p. 625. ed. Ald.

Non parum oſcitanter p. 1125, 8. haec converſa ſunt: Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν τύχην ἴδοις ἂν ὥσπερ ἐξ ὑρίας τὸν τῷδε βίον συμπαραπέμπουσαν. *Quin etiam fortunam videas, quaſi huius vitae rationem, propter felicitatem, averſantem.* Plane contra mentem Himerii. Repone: *Quin etiam fortunam videas, vitam eius, quaſi ſecunda aura, proſequentem.* Choricius Sophiſta, orat. in Procopium Gazaeum: Καλῶς πνέυ- Fabr. Bibl. Gr.
σαν ἔσχεν ἐξ ὑρίας τὴν τύχην. Συμπαραπέμπειν eo ſenſu fa- Vol. VIII.
miliare eſt huius aetatis ſcriptoribus, praecipue Chriſtianis. p. 860.

Nec poſſum hic praetermittere inſignem locum, qui eadem pagina occurrit: v. 48. Οἱ δὲ ἐνοικοῦντες τὰς πόλεις ἄνθρωποι οὐ τῷ τέττιγι καὶ τῷ χιτῶνι τοὺς προγόνους, ἀλλ' ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ καθαρῶς δή που δεικνύουσιν. Reſpicit ad veterem Athenienſium morem, qui, ut oſtenderent, ſe ex terra natos,

non advenas esse, aureas cicadas in capite gestabant. Iohannes Meursius, vir doctissimus, in eo libro, quem de fortuna Attica scripsit, diu eam consuetudinem viguisse, mox abolitam esse paullo ante Thucydidis tempora, tradit. At Theophylacti Simocattae, qui Mauritio imperante floruit, aetate nondum desiisse ex Amatoriis Epistolis aliquis colligere posset: Κρωβύλῳ, inquit, καὶ τέττιγι ὁ Γοργίας σεμνύνεται: nisi has epistolas non suae, sed antiquiori, aetati conformasse Theophylactum, certissime constaret.

Cap. I. p. 1685. Th. A. Gr. T. V.

Ep. 69. p. 108.

Post pauca interiecta sequitur apud Photium v. 17: Ἄγειν δ' ἐξ Ἑλικῶνος τὰς μέσας περὶ τὴν πόλιν ἐκείνην, ἣν ἀπὸ Γαδείρων Εὐρώπη λήγουσα, ποσῷ θαλάσσης πρὸς τὴν Ἀσίαν μερίζεται. Interpres: *Ducere circum urbem hanc ex Helicone Musas, quam Europa extrema exiguo freto a Gadibus usque in Asiam extendit.* Sic is satis inconcinne, ne quid gravius dicam. Quomodo enim unius urbis tanta amplitudo esse potest, ut a freto Gaditano in Asiam usque protendatur, ac iisdem, quibus ipsa Europa, terminis contineatur? Certum est, Himerium de Byzantio loqui. Verte igitur: *Ducere circa eam urbem ex Helicone Musas, per quam Europa, Gadibus terminata, freto maris Asiam versus dividitur.* Byzantium Europae orientalis limes est, ut occiduus fretum Gaditanum. Procopius: Ἐπεὶ καὶ τῆς Θρᾴκης ἡ πόλις ὑπ' αὐτῷ κράτει μόνον ἀλλὰ καὶ χωρίων προέστηκε φύσει, τῇ μὲν Εὐρώπῃ ὥσπερ τις ἀκρόπολις ἐπεμβαίνουσα, φυλατομένη δὲ τῆς διοριζούσης αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἀσίας θαλάσσης τὸ πέρας. Qui locus addendus est Cellario, de magnis terrarum orbis continentibus disputanti. Sic Himerius infra loquitur: Ἡ Ἀσία, πρὸς μεσημβρίαν καὶ ἀπιόντα ἥλιον, Αἰγύπτῳ τε καὶ τῷ Ἰονίῳ πελάγει πρὸς τὰς ἄλλας ἠπείρους ἀποσχιζομένη καὶ λήγουσα. Eunapius: Ὅσα δὲ ὑπὲρ Λυδίας, διὰ τῆς καλουμένης νῦν Ἀσίας, ἐπὶ Καρίαν καὶ Λυκίαν τείνοντα, πρὸς Παμφυλίαν καὶ τὸν Ταῦρον ἀφορίζεται.

de Aedif. Just. IV, 8.

Geogr. Ant. c. XI. v. 41.

in Proaeres. p. 141.

P. 1128, 53. Πήχεις οἱ Αἰγύπτιοι τὴν αὔξησιν τοῦ Νείλου προσαγορεύουσιν, καὶ μέτρῳ μετροῦσι τὰ νάματα. Nilus ex Aegypto universa

universa, quam obrutam oppletamque tenuerat, priusquam recedebat, mensuram aquae, qui observarant, incolis nunciabant. Moris eius quaedam apud veteres, qui de incrementis et origine fluvii scripsere, vestigia occurrunt. Diodorus: Διὰ δὲ τὴν ἀγωνίαν τὴν ἐκ τῆς ἀναβάσεως τῦ ποταμῦ γινομένην, κατεσκεύασται Νειλοσκοπεῖον ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐν τῇ Μέμφει· ἐν τύτῳ δὲ τὴν ἀνάβασιν ἀκριβῶς ἐκμετρῦντες οἱ τὴν τύτυ διοίκησιν ἔχοντες, ἐξαποστέλλυσιν εἰς τὰς πόλεις ἐπιστολὰς, διασαφῦντες, πόσυς πήχεις, ἢ δακτύλυς ἀναβέβηκεν ὁ ποταμὸς, καὶ πότε τὴν ἀρχὴν πεποιήται τῆς ἐλατ]ώσεως: ubi vide interpretes. Hoc item praeclare illustrat Luciani locus, in Rhetorum praeceptore: Εἶπου τὸν Νεῖλον εἶδες γραφῇ μεμιμημένον, αὐτὸν μὲν κείμενον ἐπὶ κροκοδείλυ τινὸς ἢ ἱπποποτάμυ, οἷον οἱ πολλοὶ γράφυσιν ἐν αὐτῷ· μικρὰ δέ τινα παιδία παρ' αὐτὸν παίζοντα (πήχεις αὐτυς οἱ Αἰγύπ]ιοι καλῦσι). Supersest Romae antiquum Nili simulacrum, ex Aegypto advectum, in quo pueros parvulos ludentes sculptor expressit, ad mentem Aegyptiorum et incrementa fluvii respiciens, ut observat non incelebris antiquarius Franc. Fico-ronus. Haec paullo fusius explicare studui, ut appareret, Himerii verba sic reddenda esse: *Aegyptii incrementum Nili cubitos vocant, et mensura aquam metiuntur.* Νειλοσκοπεῖον, quod *Mikias*, *mensurae locum*, Arabes vocant, inter veterem ac novam Cairum adhuc supereſt. Hoc tota aestate, cum Aegyptum Nilus irrigat, diligenter observant, et singulis diebus, quot digitis aut creverit, aut recesserit, populo nunciant, spem laetae ac uberis messis, aut rei frumentariae inopiam, inde praesagientes.

Bibl. L. I c. 36.

T. III. Opp. p. 6.

Singolarità di Roma Lib. II, c. 2. p. 15.

Maillet Descr. d'Egypte, p. 65. sqq.

V. 40. Simulacrum Occasionis, Lysippi opus, eleganter Himerius describit, ubi verba: Πρωτὸν τὰ σφυρὰ, ὐχ ὡς μετάρσιον ὑπὲρ γῆς ἄνω κυφίζεσθαι, ἀλλ' ἵνα δοκῶν ἐπιψαύειν τῆς γῆς, λανθάνει κλέπ]ων, τὸ μὴ κατὰ γῆς ἐρείδεσθαι, varie acceperunt interpretes. Schottus: *Alatis plantis, non ut super terram sublimis in altum efferatur, sed ut terram attingere videatur, ignoretur vero occulte terrae insistere.* Aliter Franc. Iunius:

De Pict. Vet. p. 114.

Iunius: *Sed ut viſus terram ſtringere, lateat tamen innixus terrae:* neuter ſatis accurate. Verum eius loci ſenſum perſpexerunt elegantiſſimi viri, qui porticus Taurinenſis anaglyphum, huic ſimile, illuſtrantes, ſic fere interpretantur: Iuvenem alatis talis, non ut leviter ſuper terram efferatur, ſed ut, dum attingere terram videtur, lateat, eum non a terra ſuſtineri. Confer ſimilem Occaſionis deſcriptionem apud Calliſtratum.

Marm. Taurin. T. II. p. 7. ſeq.

Stat VI, p. 896. ed. Olear.

P. 1129, 44. Εφρόνει ποτε βασιλεὺς μικρότερον, ὐκ εἴα τῦτο Τιμόθεος; ἀλλὰ καὶ εἰς ὐρανὸν αὐτὸν ἀνήγαγε τὴν γνώμην τῦ βασιλέως τοῖς μέλεσι. Schottus, quoniam rerum Aegyptiacarum memoria praeceſſerat, haec de muſico quodam Regis Alexandrini accepit. Perperam omnino. Himerius muſicum Alexandri M. intelligit, inter principes artis olim numeratum. Dio oratione de regno: Φασί ποτε, Αλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ τὸν αὐλητὴν Τιμόθεον τὸ πρῶτον ἐπιδεικνύμενον αὐλῆσαι κατὰ τὸν ἐκείνῦ τρόπον, μάλα ἐμπείρως καὶ μουσικῶς, ὐ μαλακὸν αὔλημα ὐδὲν ἀναβεβλημένον, ὐδὲ τῶν πρὸς ἄνεσιν καὶ ῥαθυμίας ἀγόντων, ἀλλ' αὐτὸν οἶμαι τὸν ὄρθιον, τὸν τῆς Αθηνᾶς ἐπικαλύμενον, νόμον: quod ipſe Himerius alibi confirmat.

Initio.

p. 1121, 45.

P. 1134, 19. Βακχεῖος ἀνὴρ θαῤῥῶν ἐγείρει τὸ σκίρτημα. *Vir Bacchicus ſecurus laſciviam exercet.* Mulierem: *ſaltat, tripudiat:* ut in Panathenaica: τὰς βάκχας ἐπὶ τὸ σκίρτημα σεισθείσας αἴσθονται; atque ita paſſim veteres. Sequitur: ὅταν Διονύσῳ θύρσον δονῦντος αἰσθάνηται, *cum Bacchum thyrſum ſenſit vibraſſe.* Sic Iulianus: Καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ, τὸν θύασον κρέσαντι, πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται, ubi quoque Nic. Rigaltius in coniecturis MS. θύρσον reponit.

p. 427. ed. Fabr.

Epiſt. ad. Jambl. p. 191.

P. 1137, 10. Απάσης ἀτεχνῶς λύρας ὐ μεῖον πρὸς πᾶσαν πράξιν εὐάρμοστος. *Ad agendum, vel ſine arte, lyra quavis aptiorem eſſe:* quod ſenſum nullum habet. Lego pro ἀτεχνῶς, ἄτεχνος, et verto: *omnis lyrae expers quidem, non minus tamen ad res omnes aptiſſimus.* Lyra hic pro eloquentia et poeſi, et

et artibus, quae ad humanitatem pertinent, ponitur. Vide ſupra de hoc vocabuli uſu notata.

P. 1142, 29. Φασὶ δὲ καὶ Δημοκίδην τὸν Κροτωνιάτην ἐκεῖνον, τὸν πρῶτον ἰατρικὴν ἑλλάδα παρὰ βαρβάροις κομίσαντα. *Aiunt Democidem illum Crotoniatam primum Graecam medicinam ad barbaros extuliſſe*, ſcilicet ad Perſas. Celebris medici nomen ſcribendum eſt: Δημοκήδης, ut apud Herodotum, Athenaeum, Suidam. Magis tamen id corruperunt librarii apud Dion. Chryſoſtomum, ubi pro Δημοδόκος, Δημοκήδης reponi debet. III, 124. f. L. XII. p. 522. A. Orat. 77. p. 652. f.

Cod. CCLVIII. E vita Athanaſii, a viro docto, qui tamen multum ab Athanaſii aetate abfuiſſe videtur, ſcripta, bina tantum loca proferam, ut illuſtrem, quoniam hanc operam non tam Chriſtianis ſcriptoribus, quam ceteris a Photio recenſitis, addixi. Horum alter p. 1439, 15, exſtat: Καὶ γίνεται τῷ πολυάθλῳ πᾶσα χῶρα φυγὴ σφόδρα ζητουμένῳ: Schottus: *Itaque ſancto Athanaſio omnis locus perfugium praebuit, quia valde quaerebatur.* Redde: *Ab inimicis agitatus et diligenter quaeſitus, in omnes regiones fugam cepit.* Alter locus p. 1448, 13, occurrit, ubi Iovianus et Valentinianus, ductores copiarum, cum a Iuliano ad infandas religiones cogerentur, zonas ſuas in conſpectu eius proieciſſe, dicuntur, quo declarabant, malle ſe militia diſcedere, quam contraria facere profeſſioni chriſtianae. Huius moris etiam in actis S. Marcelli indicia deprehendi: *In civitate Tingitana, procurante Fortunato praeſide, advenit natalis dies Imperatoris. Ibi cum omnes in conviviis epularentur, atque ſacrificarent, Marcellus quidam e Centurionibus legionis Traianae, profana reputans illa convivia, reiecto etiam cingulo militari coram ſignis legionis, quae tunc aderant, clara voce teſtatus eſt, dicens: Ieſu Chriſto, regi aeterno, milito: Abiecit quoque vitem et arma.* Ruinarti Acta Mart. p. 312.

CAP. IV.

Vitae X. Oratorum an Plutarchi ſint? disquiritur. Varii Antiphontes. Photius mendo turpiſſimo liberatur. Decretum contra Antiphontem. Error Schotti. Κομμῶσαι, κομμωτικὸς, κομμωτρία. *Photius in Lyſia bis emendatus. Schottus in Iſaeo. Plutarcho et Photio antiqua lectio reſtituta. Demetrius Magnes. Plutarchus rurſum emendatus.* Γράφεσθαι παρανόμων. Χορηγὸς. Παραλαμβάνειν. *Plutarchi interpres notatus. Ipſi vera lectio redonata. Interpretis Antiphontis error.*

Cod. CCLIX. Vitae Graecorum oratorum, quae inter Plutarchi opera exſtant, et, quanquam dubitent nonnulli, ab eo ſcriptas eſſe, Lampriae catalogus, praeter cetera, comprobat, recenſentur. Animadverti autem, Photium non e veſtigio Chaeronenſem ſequi, ſed nunc multo brevius nonnulla exponere, nunc omittere, nunc ex aliis rhetoribus de forma et charactere orationis quaedam addere, ut in Demoſthene et Lyſia fecit. Ceterum dubitaſſe videtur, an liber ille Plutarchi ſit, cum ἐξ ἱστορίας, quae tradit, afferre ſe profiteatur, nec alitet ſe gerat, ac ſi, cum legeret horum oratorum opera, ipſe ex vetuſtiſſimis et optimis monumentis, quae ad vitam eorum pertinent, eruiſſet. Propterea tamen nondum a me impetrare potui, ut pedibus irem in ſententiam doctiſſimi Taylori, Plutarchi has vitas eſſe, poſt Ionſium, negantis, et a recentiori ſcriptore e Photio compilatas, cenſentis. Vnde enim, quaeſo, hic impoſtor ſub nomine Plutarchi, varia decreta, aliaque praeclara et ſcitu digna, quae in his vitis paſſim occurrrunt, quae nec verbo memoravit Photius, ſumſiſſet? aut quis poſt Photium tantum eruditione, aut dicendo, valuit? Is ſane labor non indignus Plutarcho videtur. Deinde non abhorret a Photii more et inſtituto, integros aliorum libros, maxime breviores, in Bibliotheca repetere. Nam et argumenta, Theophylacti Simocattae hiſtoriae praefixa, ad verbum illi operi inſeruit, ut Iacobus Pontanus, qui Theophylactum edidit, obſervat. Haec vero excerpta eo praecipue nomine grata nobis eſſe

Lect. Lyſiac. c. V. p. 688. H. Phil. III, 6. p. 233.

esse debent, quod horum ope non pauca Plutarchi loca emendari, atque adeo liberae reipublicae historia, quam oratores illi consiliis suis et opera sustinuerunt, possit illustrari.

P. 1452, 50. Antiphontem Rhamnusium, rhetorem, Socratem aemulatum esse, Photius refert, ὐ πρὸς φιλονεικίαν, ἀλλὰ πρὸς ἔλεγχον ὁρῶντα, *non contendendi, sed redarguendi studio.* Mallem: *Non contendendi studio, sed ut solidis argumentis convelleret.* Sic enim verbo ἐλέγχειν Plato in Gorgia usus est: Μορμολύττῃ αὖ, ὦ γενναῖε Πῶλε, καὶ ὐκ ἐλέγχεις. Φιλονεικεῖν contra interdum Sophistae contentiosi est. Idem: φιλονεικοῦντες, ἀλλ' ὐ ζητοῦντες τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ. Huius simultatis vestigia apud Platonem in Menexeno occurrunt, ubi Socrates deterioribus dicendi magistris Antiphontem addit, unde forte evenit, ut nemo, quod Suidas tradit, disciplinae eius se traderet. Hoc idem Xenophon, quem adducit Plutarchus, in Memorabilibus Socratis, confirmat. Quae cum ita sint, non video, cur Diogenes Laertius, secundum veteres quosdam, Aristotelem praecipue, Antiphontem hunc, Socratis aemulum, τερατοσκόπον, *prodigiorum coniectorem*, vocet. Scio, viros eruditos, Hermogenem praecipue secutos, hunc a Rhamnusio, cuius etiam Cicero de Divinat. meminit, distinguere. At incerta tradit Hermogenes, multumque dubitat, utrum orationes, Antiphontis nomine inscriptae, unius sint, diverso genere dicendi usi, an duorum oratorum, Socratis aetate clarorum. Vid. Taylorus in Lysiacis Lectionibus, Fabricius in Bibliotheca Graeca. Eodem modo, tres facundos ac disertos homines fuisse, qui Isocratis nomine appellati sint, Dionysio Halicarnassensi auctore, Muretus censet. Ceterum grave mendum in ea Vita occurrit, non Photio, sed inepto cuidam glossatori, forte tribuendum: Συνεγράψατο δὲ καὶ μετὰ Ἱπποκράτης τῆ ἰατρῆ λόγον, καὶ εἶλεν αὐτὸν ἐξ ἐρήμης. Lege: Κατὰ Ἱπποκράτης τῆ τραπηγῆ, e Plutarcho, qui decretum, quo damnatus proditionis Antiphon fuit, nobis servavit. In eo nondum intellecta fuerunt verba: καὶ τὰς οἰκίας κατασκάψαι αὐτῶν, καὶ ὅρης θεῖναι

T. I. p. 473. D.

p. 457. D.

T. II. p. 236. A.

v. Ἀντιφῶν. cap. VI. p. 45. ed. Wells.

II, 46. conf. Menag.

περὶ ἀδικῶν p. 144. ed. Ald.

c. VII. p. 697.

Var. Lect. L. I, c. I.

p. 483 A.

θεῖναι τοῖν οἰκοπέδοιν, ἐπιγράψαντας· Αρχιπτολέμυ καὶ Αντιφῶντος τοῖν προδόταιν· τῷ δὲ δημάρχῳ ἀποφῆναί τε οἰκίαν ἐς τόν. Vertunt: *Vtque eorum domus ſolo aequentur, et areis termini ponantur, cum hac inſcriptione: Archeptolemi et Antiphontis, proditorum. Praefecto autem populi.* * Vir doctus in margine Stephanianae conjecerat: ἀποφῆναι οἰκίας ἐς τῦτο, *atque eius rei cauſa Demarcho aedes ipſorum oſtendantur.*

P. 1456. Inter Iſocratis diſcipulos Xenophontem commemorat Photius, Grylli filium, quem Plutarchus praetermiſit: etiam quae de Panegyrico ejus notat, aliunde hauſit. Sed hoc loco rurſus interpres offendit. Dixerat Photius, multos annos in ea oratione Iſocratem conſumſiſſe, miraturum eſſe neminem, qui delectum in verbis et ſententiis, ſtructuram elegantem, membrorum et inciſorum concinnitatem, cogitet. Pergit: Διὸ καὶ πολλὰς πολλοῖς παρέσχε τῶν κριτικῶν διατριβὰς μὲν καθ' ἑαυτύς, διαφωνίας δὲ πρὸς ἀλλήλυς, τῶν μὲν ἐμβαθυνομένων τῇ μελέτῃ καὶ διασκέψει τῦ λόγυ, τῶν δὲ κατὰ τὸ ἐπιπόλαιον τὴν ἀνάγνωσιν ποιυμένων. Εστι δὲ εἰπεῖν καὶ διότι, τοῖς μὲν ἔνεστι φύσις, εὖ ἔχυσα πρὸς τὰς κρίσεις, τυὺς δὲ ἐλαττυμένυς ἐπιγινώσκει λόγος. *Quare haec oratio multas multis criticis occaſiones diſputandi atque invicem diſſentiendi, praebuit: quorum alii multa cura et cogitatione in eam incubuere, alii tantum obiter legerunt. Dixeris, ingenium illos ad iudicandum habuiſſe, hos multo inferiores fuiſſe, ſententia ſua arguit.* Schottus plane aliena a mente Photii dedit. Paucis interiectis: Πᾶσι δῆλον, ὡς ἐπανθεῖ αὐτοῖς (λόγοις) ὐ μόνον ἔμφυτον, ἀλλὰ καὶ κομμωτικὸν κάλλος. Reddunt: *Omnes norunt, eius orationes non venuſtatem modo innatam, ſed quae etiam in inciſis verſetur, condecorare.* Male. Κομμωτικὸν κάλλος Photius τῷ ἐμφύτῳ opponit, et orationibus Iſocratis non innatam modo, ſed etiam ab arte accitam, venuſtatem ineſſe, dicit. Nec ἀπὸ τῦ κόμματος eſt τὸ κομμωτικὸν, (tunc enim κοματικὸν, *conciſum dicendi genus*, quo vocabulo utitur Hermogenes, eſſe deberet,) ſed ἀπὸ τῦ κομμῶσαι, quod pro κοσμῆσαι veteres uſurparunt.

v. 40.

p. 1457, 13.

περὶ ἰδεῶν p. 98.

Her-

Hermogenes: Επεὶ δέ ἐστι τινὰ, ἃ δὴ σαφῶς ἐκπρέπει τῶν ἄλλων πολλάκις ἐν τῷ λόγῳ, οἷον κόσμος τις ἐπικείμενος ἔξωθεν κομμωτικὸς, ᾧ μόνῳ καὶ τὸ τῦ κάλλυς τινες τῦ ἐν λόγῳ ἀπέδοσαν ὄνομα. Quae ſic exponit Scholiaſtes: Ωσπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων ὁρῶμεν, τὰ μὲν αὐτῶν τῇ φύσει καλὰ, τὰ δὲ τῇ ἐπιμελείᾳ καὶ τῷ φαινομένῳ· ὕτω καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, οἱ μὲν ἐκ συμμετρίας τινος ἔχυσι τὸ κάλλος, οἱ δὲ ἐξ ἐπιμελείας· ὅθεν καὶ ἐπὶ τῦ κομμωτικῦ ἔννοιαν καὶ μέθοδον ἁκ εὑρίσκομεν. Idem, Criticos nonnullos reprehendere Theologum, (Gregorium intelli-ge) cuius in orationibus τὸ κομμωτικὸν abundet, idque ποργικὸν, quaſi meretricis fuco illitum, appellaſſe, ſcribit. Adde Hermog. περὶ λαμπρότητος. Hinc et κομμωτρίας Helladius vocatas eſſe, docet, τὰς κυρίδας, ſeu foeminas, quae nobiliores puellas Atticas comebant, et ornabant. Quale fuerit earum munus, ut de hoc obiter admoneam, Clemens Alexandrinus declarat, cuius in Paedagogico verba haec ſunt: Κομμωταὶ δὲ καὶ κομμωτρίαι περὶ τὰς γυναῖκας ἀμφιπολεύυσιν, αἱ μὲν τὰ κάτοπτρα, αἱ δὲ κεκρυφάλυς, ἄλλαι τὺς κτενάς. In fine capitis, verba: Κλεοχάρυς ἔργον, *Cleocharis* (*Leocharem* Plutarchus vocat,) *opus*, in ipſa ſtatua Iſocratis adſcripta erant, more antiquo, quem non ignorant, qui marmora Graeca et gemmas tractarunt.

1 c. p. 108. ed. Ald.

p. 400.

p. 95. Quintil. Inſt. Orat. 2, c. 16.

ap. Phot. p. 1580, 25.

Lib. III, c. 4. p. 268. edit. Potteri.

P. 1464, 19. In Lyſia nomen hoſpitis Elienſis Θρασύδαιος fuit, non, ut eſt apud Plutarchum, Θρασύλαιος, alium enim Thraſydaeum, legatum Philippi regis, *in Demoſthene* commorat. Vltima non percepit interpres: Καὶ ἐπεὶ κατεγνώσθη τὸ ψήφισμα, τῆς μὲν πολιτείας ὁ Λυσίας ἀπελαύνετο, τὸν λοιπὸν δὲ χρόνον κατεβίω ἰσοτελὴς ὤν. *Poſtquam vero decretum abrogatum eſt, iure civitatis, et reliquum tempus perinde ac ſi civis fuiſſet, tranſegit.* Repone: - *Ius civitatis Lyſiae ademtum eſt, et reliquam aetatis partem privatus tranſegit.* Abrogandi decreti auctor Archinus fuit, ut multis Plutarchus docet.

T. I. p. 854. A

P. 1464, 52. de Iſaeo: Αποστὰς δέ ποτε τῆς σχολῆς, ἐπὶ δραχμαῖς μυρίαις καθηγήσατο Δημοσθένυς. *Hic relicto ludo ſuo,*

Demo-

Demoſthenem decem millium drachmarum pretio inſtituit. At veteres non produnt, Iſaeum ſcholam ſuam reliquiſſe, quin potius, eam, poſt Iſocratis et Antiphontis ludum, praecipuam
p. 350. C. Athenis fuiſſe. Vid. Plutarchum de Glor. Athen. Mallem itaque cum Plutarchi interprete: *deductum a ſchola Demoſthenem decem millium drachmarum pretio inſtituit.* Deduxit
Dionyſ. Halic. Iſocr. p. 116. ed. R. Steph. autem Demoſthenem ab Iſocratis ſchola, quae ea aetate una omnium Athenis maxime florebat, ut colonia eloquentiae, et totius quaſi civitatis imago haberetur. Plutarchus in Demoſt-
T. I. p. 848. B. hene: Ἐχρήσατο δὲ Ἰσαίῳ πρὸς τὸν λόγον ὑφηγητῇ, καίπερ Ἰσοκράτους τότε σχολάζοντος.

P. 1465, 26. Ετι δὲ ὡς πόλεμον ἐξάψειε Πυλαγόρας αἱρεθεὶς πρὸς Αμφισσεῖς, Αμφικτύοσι, καὶ τὸν λιμένα ἐργαζομένοις. *Quodque ipſe Pylagoras exiſtens, auctor belli introducendi fuiſſet, cum ab Amphictyonibus ad Amphiſſaeos legatus eſſet creatus, ipſique Amphictyones portum ſtruxiſſent.* Haec ad verbum e Plutarcho deſcripta, et ibi eodem modo accepta, vera non ſunt. Amphiſſenſes campum Cirrhaeum et Portum ſacrum, Diis ab Athenienſibus devotos, coluerant, portum etiam collapſum reſtituerant. Hos Amphictyones, Aeſchinis praecipue conſilio, adorti ſunt, exercitu Philippo regi commiſſo, quam is opportunitatem nactus, Elateam occupavit. Plutarchi igitur verba, iam Photii aetate, ut apparet, corrupta, afferam, quomodo legenda ſunt: Πυλαγόρας αἱρεθεὶς Αμφικτύοσι πρὸς Αμφισσεῖς, τὸ πεδίον καὶ τὸν λιμένα ἐργαζομένους. Sic
cap. 37. p. 69. Conf. Demoſth. c. 49. p. 91. edit. Freind. diſerte contra Cteſiphontem Aeſchines, quem Plutarchus ſequitur.

P. 1477, 24. Demoſthenis quoque vitam cum Plutarcho contuli, ubi primo loco notandum eſt, pro Δημήτριος ὁ Μάγνος, qui de morte oratoris ſcripſit, legendum eſſe: Δημήτριος
p. 847. B. ὁ Μάγνης. Deinde mutilum Plutarchi locum: Οἱ δὲ εἶπον κατὰ τὴν σφραγίδα φαρμάκου γευσάμενον δὲ δύο καὶ εἴκοσιν, optime ſuppleri e Photio poſſe: κατὰ τὴν σφρ. γευσ. Εβίω δὲ ἔτη ἑβδομήκοντα, ἐπολιτεύσατο δὲ δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη. *Vixit annos ſeptuaginta,*

ptuaginta, rempublicam duobus et viginti annis geſſit. Poſtremo, verba Plutarchi de uxore Demoſthenis mendo inquinata ſunt: Κατέλιπε δύο παῖδας ἐκ μιᾶς γυναικὸς, τῶν εὐδοκίμου Ηλιοδώρου τινὸς θυγατρός. *Duos reliquit filios ex una uxore Heliodori cuiusdam Eudocimi filia.* Lege: τῶν εὐδοκίμων, *e nobili ſtirpe, Heliodori cuiusdam filia.* Photius certe ita in ſuo codice invenit: ἐκ μιᾶς γυναικὸς, inquit, τῶν ἐπιφανῶν. v. 37.

P. 1480, 46. Καὶ γραφέντος ὑπὸ τοῦ Διοδότου παρανόμων τοῦ ψηφίσματος, ἀπέφυγε, *accuſatusque a Diodoto violatarum legum, mox abſolvitur.* Senſus eſt: *Cumque a Diodoto* (hunc *Diondam* Plutarchus vocat; fit enim Διωνδᾶς a Διόδοτος, ut Ηρᾶς ab Ηρόδωρος, Ερμᾶς ab Ερμόδωρος, Θευδᾶς a Θεόδωρος.) *decretum illud, ut iniuſtum, proſcriptum eſſet, abſolutus eſt.* Γράφεσθαι τῶν παρανόμων, et ἡ γραφὴ τῶν παρανόμων ſaepenumero apud Demoſthenem et ceteros oratores occurrunt, ut poſt Harpocrationem, Budaeus in Commentariis, docuit. Ceterum nullam rationem video, cur Plutarchi interpres haec verba ſuſpecta habuerit: Βοηθὸς Βυζαντίοις ἐκπεμφθεὶς, κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον, ὑπέστη χορηγῆσαι, τῶν ἄλλων λειτουργίας πάσης ἀφειμένων. *Miſſus ad ferendam Byzantiis opem * eo anno ſuſtinuit chorum ſumtibus inſtruere, cum alii omnia publica miniſteria dimiſiſſent.* Miror, virum doctum in tantilla re haerere potuiſſe, nec Schottum melius apud Photium haec convertiſſe. Eſt certe χορηγὸς, *choragus*, is, qui a tribu ſua electus, ſuis ſumtibus chorum inſtruit, ut docet Vlpianus: Χορηγὸς, inquit, ὁ ἐν τοῖς Διονυσίοις καὶ Παναθηναίοις τῷ χορῷ τὴν τροφὴν παρέχων, καὶ στέφανος καὶ κόσμον, καὶ ὅσα περὶ τὴν τοιαύτην πανήγυριν. Quae res interdum adeo gravis civibus accidebat, ut exhauſtis opibus ad incitas redigerentur. Megacles apud Longum in Paſtoralibus: Ην ὀλίγος μοι βίος τὸν πρότερον χρόνον· ὃν γὰρ εἶχον, εἰς χορηγίαν ἐξεδαπάνησα. Hinc qui ſumtus choro aliquando ſuppeditaverant, ſummae ſibi laudi ducebant, ſi *Choragi* vocabantur. De Demoſthene Iſidorus Peluſiota: ὅτι ὁ μὲν ἐπειδὴ ὀλίγοις τισὶ χορευταῖς καὶ αὐληταῖς ἐχορήγει, οὐκ ἔτ'

conf. Vita Demoſt. ap. Phot. p. 1476, 23. Bentl. epiſt. ad Mill. p. 82.

p. 45.

p. 1848. E.

in Leptineam Demoſth.

L. IV p. 185. ed Jungerm.

Epiſt. XXXIV.

ἔτ' ἠξίω Δημοσθένης, ἀλλὰ χορηγὸς ὀνομάζεσθαι. Verum ea vox
Orat. IX. p. 126. quoque ad alia transfertur. Sic Themiſtius Deum χορηγὸν ζωῆς, καὶ πρύτανιν εὐδαιμονίας, *vitae largitorem ac diſpenſatorem felicitatis* vocat. Praecipue de bellico apparatu uſurpatur. Aphthonii vetus enarrator: Χορηγία ἡ ἐκ προαιρέσεως, καὶ ἐν ἑορταῖς εἰσφορὰ, ἡ ἐξ ἐπιταγῆς ἑτέρᾳ, καὶ ἐν πολέμοις. Dio
in M. Antonino, ed. Rob. Steph. p. 258. Caſſius, cui novam lucem Herm. Samuel. Reimarus V. C. et ſummus amicus meus, propediem accendet: Διατάττειν ἕκαστα καὶ τὰς τῶ πολέμω χορηγίας ἀθροίζειν, dixit. Conf. Spanhem.
p. 165. ad Iuliani Orat. I. Sic etiam in noſtro loco accipitur. *Ad ferendum Byzantinis auxilium miſſus, ſumtus ad bellum eo anno praebere ſuſtinuit, cum ceteri publica ſubſidia omiſiſſent.*

P. 1481, 50. Dinarchi orationes ſexaginta quatuor Photius legit, nos hodie tantum tres integras, reliquarum vix titulos, habemus. In his contra Ariſtogitonem ſcriptam cum maxime
Bib. Gr. T. I. p. 937. olim probatam eſſe, e Plutarcho docet vir ſummus, cui tantum, meo iudicio, Graecia omnis debet, quantum eruditi noſtrae aetatis. At forte hoc non ipſe Plutarchus, ſed interpres eius dicit.
p. 850. E. Verba illius ſunt: φέρονται δὲ αὐτῶ καὶ λόγοι γνήσιοι ἑξήκοντα τέσσαρες, τούτων ἔνιοι παραλαμβάνονται ὡς Ἀριστογείτονος. Vertunt: *Feruntur orationes eius genuinae LXIV, quarum quaedam probantur, ut contra Ariſtogitonem.* Neſcio, an ullibi verbum παραλαμβάνειν habeat eam vim, ut *laudare, probare*, ſignificet, et ſi hoc loco id obtineret, addendum eſſet κατὰ, κατ' Ἀριστογείτονος. Vertendum eſt ex ſententia Photii: *Feruntur orationes eius LXIV, quarum quaedam Ariſtogitoni tribuuntur.* Rhetori ſcilicet, cuius in Hyperidem, Timarchum, aliosque, orationes Suidas commemorat. Decepit viros doctos, quod contra Ariſtogitonem Dinarchi orationem exſtare meminerant. Adverſus eundem binae Demoſthenis orationes ſuperſunt,
v. Liban. Argum. Vita Demoſth. p. 1468, 30. quas non germanas eſſe, Dionyſius putat Halicarnaſſenſis: immerito, nam ipſe Ariſtogiton, contra ſe Demoſthenem in iudicio ſurrexiſſe, falſus eſt, ut alio loco Photius tradit, et Moeris Atticiſta Demoſthenem *contra Ariſtogitonem* laudat.
v. Οφελον.

P. 1485,

P 1485, 16. In Lycurgo Photius, Plutarchum, ut ſemper, ſecutus, Xenocratem philoſophum, refert, ab exactore vectigalium in carcerem abſtractum, huic Lycurgum ſuperveniſſe, et percuſſo, quem manu geſtabat, baculo publicano, philoſophum liberaſſe. Ob hoc beneficium cum a ſuis civibus laudaretur, Xenocratem ad filios eius dixiſſe: Ταχέως γε τῷ παρὲ ὑμῶν ἀπέδωκα, ὦ παῖδες, τὴν χαράν· ἐπαινεῖται γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἐπὶ τῷ βοηθῆσαι μόγις. Sic Plutarchus, cuius verba interpres ita La- p. 842. A.
tine dedit: *Celeriter, o pueri, gratiam veſtro patri retuli; nam ob auxilium, mihi nullo labore latum, a multis laudatur.* Vertit μόγις, *nullo labore*, cuius uſus exempla deſidero. Legendum eſt: ἐπὶ τῷ βοηθῆσαι μογήσαντι, *ob auxilium mihi, graves iniurias perpeſſo, praeſtitum.* Sic certe in ſuis codicibus invenit Photius, ſcribit enim: ὅτι μοι γέγονε βοηθὸς προπηλακιζομένῳ. Obiter notandus eſt iocularis error viri docti, qui ver- Orat. VI p. 298.
ba Andocidis: ὥστε διατετέλεκεν ἀθρόους μὲν ὑμᾶς κολακεύων, ἕνα δ' ἕκαστον προπηλακίζων, reddidit: *Vt vos ſimul congregatos adulatus ſit, ſingulos vero quodammodo ſecuri percuſſerit*, πελεκίζων forte cogitans, quod plane non eſt huius loci.

CAP. V.

Helladii Chreſtomathia an initio mutila ſit? inquiritur. Μαῖα. *Interpretis lapſus. Muſa a* μυεῖν. *Voces* κακόζηλοι. *Etymologicum M. illuſtratum. Helladius bis correctus.* Θὴς. Ενύπνια. Γλωσσοκομεῖον. Γλῶττη βασιλική. *Suidas tentatus.* Αρμαλιά. *Locus de Ovo et Oe explicatus. De mundi origine veterum opiniones. Phanes.* Τὰ πάτρια. Κοινοπολίτης. *Mauritius Dux. Cyri Epigramma.*

Cod. CCLXXIX. Helladii Beſantinoi, Licinii et Maximiani Imperatorum aetate clari, Chreſtomathias, ſeu de vocabulis Graecis, variisque ritibus obſervationes, Iambicis verſibus ſcriptas, legit Photius, ac res praecipue notabiles inde excerpſit, ut incertum ſit, utrum magis laudari debeat Helladius, qui optimis in unum locum coactis ſcriptoribus, tot praeclara colliegit, et ex variis ingeniis excellentiſſima quaeque libavit, an Photius, qui eius operis, dudum amiſſi, haud tenuia fragmenta

v. Banduri Imp. Orient. T. II. p. 822.

vavit. Helladii Vitam Eudocia Auguſta, in Ionia expoſuit, quae utinam edita eſſet: non dubito enim, quin multa de ſtudiis eius ac veterum operibus, quibus uſus eſt, hodie ignota, inde erui ac proferri in lucem poſſent. In excerptis, a Photio confectis, praeclaram et utilem operam Ioannes Meurſius poſuit. Nam Graeca non raro emendavit, notisque doctiſſimis illuſtravit, et ſi ferebat occaſio, ex interioribus literis multa plena manu attulit. Poſt uberem eius meſſem ſpicas legam, et an mea quoque diligentia quaedam integritati ſuae reſtitui ac emendari poſſint, periculum faciam.

Theſaur. Ant. Gr. T. X. p. 949. ſq.

P. 1577, 54. Οτι φλυαρεῖ καὶ αὐτὸς τὸν Μωσῆν Αλφα καλεῖσθαι. Mutilum hoc opus eſſe, ac principium deficere, cenſet Meurſius. Quis enim, quaeſo, ille eſt, inquit, qui Moſem *Alpha* dictum tradidit? Auctor nempe, quem in praecedentibus verbis, quae hic deſunt, nominaverat. Haec Meurſius, Helladii putans verba, quae Photii ſunt. Is nugari Helladium ſcribit, dum Moſen *Alpha* appellatum ob vitiligi-

P. 435, 48. p. 1055, 25.

nem, contendit. Sic idem de Ptolemaeo Hephaeſtionis: Οτι φλυαρῶν οὗτος ὁ μυθογράφος φησί. De Damaſcio: Εἶτα βλασφημῶν ὁ δυσσεβὴς φησιν ὁ συγγραφεύς.

P. 1581, 35. Οτι τὴν Μοῦσαν οἱ μὲν ἐτυμολογοῦσιν ἀπὸ τοῦ μαιοῦσάν τινα εἶναι, ἡ γὰρ Μουσικὴ παίδευσις οὐδὲν τῶν μυστηρίων διαφέρει. *Muſam alii derivant a* μαιοῦσάν τινα, *id eſt, inveſtigatricem; doctrina enim Muſarum nihil a myſteriis differt.* Meurſius ex Etymologico magno reſcribit: ἀπὸ τοῦ μυοῦσάν τι-

in Aedeſ. p. 63.

να εἶναι. Sic Eunapius: μυεῖν εἰς τὸ τελειώτερον. Inde etiam vera vocis μυστηρίου origo apparet. Supra modum enim ineptum eſt, quod Iamblichus tradit, μυστήρια ἀπὸ τῶν μυῶν, *a muribus*, quod vetuſtiſſimum fuerit magiae genus ἡ τῶν μυῶν μαγικὴ, appellari.

Cod. XXIII. p. 242.

P. 1581, 43. Μαῖαν φαμὲν τὴν ζητοῦσαν ἰατρὸν τὸ κρυπτόμενον. Schottus: Μαῖαν *illam dicimus, quae conſulit medicum de abſcon-*

ſconditis. Male. Converte: *Maiam dicimus foeminam medicam, quae abſconditum quaerit.* Eſt enim μαῖα, teſte Heſychio, περὶ τὰς τικτούσας ἰατρὸς καὶ ὀμφαλοτόμος. Quod etiam Euſta- Il. P. p. 1118, 12.
thius comprobat: Τὰς ταῖς ὠδινούσαις παρεστώσας πρὸς θεραπείαν, Μαίας καλοῦσι, εἰ καὶ νεώτεραι εἶεν, καὶ μὴ πρεσβύτιδες, καὶ διὰ τοῦτο πολύπειροι. Idem μαῖαν a *quaerendo*, ἀπὸ τοῦ μᾶσθαι, dici, ſecundum Helladium, pronuntiat. Il. A. p. 10.

P. 1588, 1. Apud Euphorionem Chalcidenſem voces κακοζήλους (Schottus: *non imitandas*, mallem: *male affectatas*) reperiri, Helladius obſervat. Reprehendit autem, quod Iaſonem ναυαγὸν dixerit, cum ea vox non minus *naufragum*, quam *praefectum navis* notet: quod etiam Suidas declarat, qui ναυα- v. Ναυαγός.
γὸν pro *naufrago* a poetis tantum, pro *navium ductore* a ceteris ſcriptoribus, uſurpari tradit. Ὀδυσσεὺς ναυαγὸς, *Vlyſſes* L. XIV. pag.
naufragus, Epicharmi drama, ab Athenaeo, et Polluce citatur. 619. B.
X, 30.
Idem Euphorion draconem, Heſperidum mala ſervantem, κηπουρὸν, *hortulanum*, vocavit, τὸν τὰ χρυσᾶ μῆλα τῶν Ἑσπερίδων φοροῦντα ὄφιν κηπουρὸν ὠνόμασε, ubi Helladium pro: φοροῦντα ὄφιν, φρουροῦντα ſcripſiſſe, exiſtimo. Porro Dionyſium Siciliae tyrannum hoc vitio in tragoediis laboraſſe, notat Helladius, quod forte ab Athenaeo ſumſit, eadem docente in Deipnoſo- Lib. III. p. 98.
phiſticis. Ex hoc genere ſunt ἑλκύδριον, pro *cado*, σκέπαρνον pro *lana*, quia ſcilicet σκέπει τὸν ἄρνα, (quod Euſtathius quoque di- ad Odyſſ. O.
thyrambicum vocabulum in commentariis vocat,) ἐριώλη, p. 1531, 30.
pro *tunica*. Has autem voces veterem grammaticum in ſuum Etymologicum, ex Helladio, tacito plerumque nomine, tranſtuliſſe, animadverti, ſicut ea, quae in κρήγυον, et μόγις occurrunt. Laudat tamen Beſantinum, ἐν τοῖς περὶ χρηστομαθίας, in βρενθύεται, νὺξ, πότνια, eique ſe debere nonnullas de vocum originibus obſervationes fatetur, quae loca accuratiſſima diligentia ſummus Fabricius inveſtigavit. In verbo βρενθύεται ab Etymologo notata, huc adſcribam, quoniam ea occaſione levi macula Photius liberari poteſt: Βρενθύεται, μεγαλοφρονεῖ - - Βισαντῖνος φησὶν ἐν τοῖς περὶ χρηστομαθίας οὕτω· Βρένθιον ἐστὶ μῦ-
σον·

gov· καὶ οὕτως ἐν ἰάμβοις· τὺς οὖν ἀλαζόνας καὶ τρυφερὺς μύρῳ χρίεσθαι ἀκολυθεῖ κ. τ. λ. Ante verba: ἐν τοῖς ἰάμβοις, non excidit ſcriptoris nomen, quod Fabricius ſuſpicabatur, ſed haec omnia ex Helladii Chreſtomathiis hauſta ſunt: in quo forte opere is ita verſatus eſt, ut indicatam et erutam vocis ſignificationem, verſibus copioſius explicaret, veteresque ritus, aliasque notatu dignas et inſignes rerum ac verborum doctrinas admiſceret.

Bibl. Gr. Vol. X. p. 38.

Photius certe eadem ex Helladio adducit, apud quem pro: οἱ γὰρ ἀλαζονευόμενοι μύρῳ χρῆσθαι εἰώθεισαν, legendum eſt: μύρῳ χρίεσθαι. Deinde fruſtra ſollicitare Sylburgium τὸ μεγαλοφρονεῖ, et μεγαλοφωνεῖ eius loco reponere, e Suida et Heſychio apparet. Vide Tib. Hemſterhuſium ad Dialogos Mortuorum Luciani, vocabulum βρενθύεσθαι egregie illuſtrantem.

p. 1585, 56.

T. I. p. 368.

Ceterum Dionyſii tragoedias etiam Themiſtius commemorat: Τραγῳδίας δὲ ἱκανῶς γράφειν καὶ Διονύσιος ὁ τύραννος ἱκανὸς ἦν· ἀλλ' ἐνέπλησε δραμάτων Σικελίαν μᾶλλον, ἢ τὴν σκηνήν. *Et quidem tragoediarum ſcribendarum Dionyſius tyrannus erat non imperitus artifex, verum fabulis argumentisque ſuis Siciliam magis, quam ſcenam implevit:* crudelis ſcilicet tyrannus, qui maiores excitabat tragoedias, quam eorum facinora erant, quos in ſcenam ducebat. Erat autem hoc vitium omnibus Siculis, ut voces ab uſitata et nota ſignificatione ad alienam traducerent, originem earum ambiguam potius, quam conſuetudinem et uſum vulgi reſpicientes. Iamblichus e Gorgia Platonis: Καὶ τοῦτο ἄρα τὶς μυθολόγος καὶ κομψὸς ἀνὴρ, ἴσως Σικελικός τις ἢ Ιταλικὸς, παράγων τῷ ὀνόματι διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πειστικὸν, ὠνόμασε πίθον, τὺς δὲ ἀνοήτους, ἀμυήτους. Verba: καὶ πειστικὸν deſiderantur in optimo codice regiae Pariſienſis, ex quo alterum Iamblichi λόγον περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως. Vitam Pythagorae, mendis infinitis liberatum, Ludolphus Kuſterus edidit. Simile fere vocum rariorum ſtudium in Orat. IX, p. 126. ed. Hard.

Protrept. c. 17. p. 101. edit. Arcer.

cap. 87.

Octavio Caeſare Suetonius notavit.

V. 48. Ο παρ' ἄλλοις μισθῷ δουλεύων θὴς καλεῖται. *Mercenarius ab aliis θὴς vocatur.* Helladius ſine dubio ſcripſit:

παρ'

παρ' Ατ]τικοῖς, *apud Athenienses.* Confirmat emendationem, praeter Etymologum et Thomam Magistrum, Aristophanis Scholiastes, qui hos tertiam classem populi Atheniensis constituisse, tradit. ad Equit. 624.

V. 58. Οτι ὁ Εὐφορίων, φησὶν, ἱςορεῖ τινα ἐνύπνια μηδέπȣ ἑωρακέναι. Schottus reddit: *Euphorion refert, quaedam somnia alicubi non videri*, quod quid sit, nemo facile intelliget. Verte: *Euphorion, dicit Helladius, quendam somnia nunquam vidisse, prodit.* Aristoteles Historia Animal. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, οἱ ȣ̓δεπώποτε ἐνύπνιον εἶδον. Ενύπνια ab ὀνείροις quomodo differant, Artemidorus initio Ονειροκριτικῶν ostendit. IV, 10.

P. 1585, 5. Γλωσσοκομεῖον vas esse, in quo ligulae tibiarum asserventur, deinde ad alia transferri, scribit, quod Pollux, Hesychius, et Suidas, confirmant, qui γλωσσόκομον et γλωσσοκόμιον habent: at Phrynichus utrumque reprehendit, et γλωττοκομεῖον unice verum ac germanum esse, perhibet. Notat haec vox, ut Abr. Berckelius censet, apud Pollucem eam arcam, in qua reponere veteres solebant teneros pueros, ut artus concinniores et breviores evaderent. Proprie significat, ut dixi, vas, in quo linguas tibiarum, γλωσσίδας Eustathius vocat, servabant. Non video tamen, quomodo ad hanc notionem declarandam faciant verba, e vetere, sed incerto, scriptore a Suida adducta: Ο δὲ Φῆςος ὁ ἀνθύπατος πέμπεται ἐς Ασίαν, ὅς τὴν βασιλικὴν γλῶσσαν ἐπεπίςευτο· ἤκμαζεν ἐπὶ τȣ̀ς χρόνȣς Οὐάλεντος. Τὴν βασιλικὴν γλῶσσαν πεπιςευμένος esse videtur, cui arcana imperii ac principis, forte etiam aerarii cura, credita erant. Eunapius in Nymphidiano: Ο δὲ αὐτοκράτωρ Ιȣλιανὸς αὐτῷ καὶ τὴν βασιλικὴν γλῶτ]αν ἐπέτρεψε, ταῖς ἐπιςολαῖς ἐπιςήσας, ὅσαι διὰ τῶν ἑλληνικῶν ἡρμηνεύονται λόγων. Quod genus ministrorum *silentiarios* et *cancellarios* posterior aetas vocavit. Credo igitur, librariorum supina negligentia haec

de Vocab. Att. p. 16.

Epistola ad Kuhn. edita in in Bibl. Halensi P. I. p. 971, 36.

p. 177.

ad vocem γλωσσοκομεῖον relata esse, cum in margine addita fuissent verbis, quae apud Suidam praecedunt, Γλῶσσα ταμιείῳ, ἣν ἔσχε Κυρῖνος ὁ σοφιστὴς ἐκ βασιλέως. Cuiusmodi errores passim apud Suidam commissos esse, non ignorant eruditi.

P. 1590, 6. Αρμα ἡ τροφὴ παρὰ Ιπποκράτει καὶ πολλοῖς ἄλλοις. Αρμα *nutrimentum ab Hippocrate et aliis dicitur.* Cum vox ἄρμα hoc sensu nec ab antiquis grammaticis, nec ab Erotiano et ceteris Hippocraticarum vocum enarratoribus, quos tomo secundo editionis suae, post Henricum Stephanum, recudi iussit Renatus Charterius, commemorata sit, legendum forte est ἀρμαλιὰ, quam Tzetzes ad Hesiodum τροφὴν exponit, ὡς συναρμόττουσαν τὰ μέλη. Videtur autem vero non absimile, Photium huiusmodi vocabula eo praecipue consilio in adversariis notasse, ut Lexico suo, quod ineditum apud Thomam Galeum fuit, eadem postea insereret.

p. 127. edit. Heins.

P. 1594, 56. Helladius virum quendam, aut monstrum potius hominis, cuius superior pars ad humanam, inferior ad piscis formam et speciem, accedebat, in rubro mari apparuisse, ac literas et astrologiam rudes olim et agrestes homines docuisse, narrat: Οἱ δὲ αὐτὸν ἐκ τῦ πρωτογόνυ πεφυκέναι λέγυσιν Ωυ, καὶ μαρτυρεῖν τὄνομα. Vertit Schottus: *quidam dicunt, illum natum esse e primo parente* Ωου, *et testari nomen.* Scribe: *natum esse ex ovo primogenito.* Helladium a suae gentis scriptoribus haec accepisse, manifestum est. Quem enim fugit, Aegyptios in reconditis literis huius universi simulacrum, ovum finxisse, ex ore mentis, creatricis rerum omnium, quam *Cneph* vocabant, prodiens, et emissum. Damascius: Εἰ δὲ ὁ παρ᾽ Ορφεῖ πρωτόγονος θεὸς, ὁ πάντων σπέρμα φέρων τῶν θεῶν, ἀπὸ τῦ ὠῦ ἐξέθορεν καὶ ἀνέδραμεν, τίς μηχανὴ, τὸ μὲν ὠὸν ἐξηγεῖσθαι τὸ ὄν, τὸν δὲ ἀπὸ τῦ ὄντος ἐκθορόντα, πρωτόγονον θεὸν ἀνυμνεῖν; Videntur autem in hanc sententiam adducti esse, quoniam

περὶ Αρχῶν p. 200.

quoniam ovi forma teres, ac paene ſphaeralis, undique verſum clauſa, vitamque intra ſe concludens, omnium optime orbem terrarum referebat. Vid. Macrobii Saturnalia, Porphyrius, alii. Hi et *Phanetem* appellarunt, Deum draconis aut ſerpentis ſpecie, qui primus ex ovo proſiliit. Adi Guil. Boniour de nomine, patriarchae Ioſepho a Pharaone impoſito, Pauli Leopardi Emendationes, et Obſervationes miſcellaneas. Ex eodem Oſiridem excluſum eſſe, inſcriptio veteris columnae apud Diod. Siculum teſtatur: Εἰμὶ δὲ υἱὸς κρόνȣ πρεσβύτατος, καὶ ἔβλαστον ἐκ καλȣ̃ τε καὶ εὐγενȣ̃ς ὠȣ̃. Sic ibi edi iuſſit Petrus Weſſelingius, pectus amicitiae et aeternum harum literarum decus: ante ipſum ἐκ τȣ̃ σώȣ σπέρματος, nullo ſenſu legebatur. Porro hanc ab Aegyptiis doctrinam Phoenices, ipſis finitimi, acceperunt. Damaſcius ex Mythologia Phoenicia κατὰ Μῶχον (vel, ut Kuſterus mavult: κατὰ Μῶσχον) Αἰθὴρ ἦν τὸ πρῶτον καὶ ἀὴρ, αἱ δύο αὗται ἀρχαί· ἐξ ὧν γεννᾶται ȣ̓λομὸς, ὁ νοητὸς θεός· αὐτὸ οἶμαι τὸ ἄκρον τȣ̃ νοητȣ̃, ἐξ ȣ̃ ἑαυτῷ συνελθόντος, γεννηθῆναί φησι χουσωρὸν ἀνοιγέα πρῶτον, εἶτα ὠόν. Et quibusdam interpoſitis: Τὸ δὲ ὠὸν ὁ ȣ̓ρανός· λέγεται γὰρ ἐξ αὐτȣ̃ ῥαγέντος εἰς δύο, γενέσθαι ȣ̓ρανὸν, καὶ γῆν, τῶν διχοτομημάτων ἑκάτερον. Quod etiam e numis, in Elagabali et Treboniani Galli honorem a Tyriis excuſis, Franc. Blanchinus aperte demonſtravit. Graecis hanc ſententiam non displicuiſſe, ex Ariſtophane probat Theophilus Antiochenus. Nec Romani ab ea abhorruere, cum in circo ova imponerent metae, tum Dioſcurorum memoriam, tum, quod eidem Blanchino veroſimile videtur, primordia rerum quaſi conſecrantes. Et quid vetat, quo minus Ophitas, ſacri coetus turbatores, ex Aegypto oriundos, hanc quoque ob cauſam ſerpentes ſacros habuiſſe, iisque divinum cultum praeſtitiſſe, cenſeamus? qui ſerpentes forte cicurati, ex eorum genere, quos enarrator Ariſtophanis παρείας vocari, et praecipue in Aegypto reperiri, notat, fuere.

Lib. VII. c. ult. p. 638. Ap. Euſeb. Praep. Ev. 3, 11. p. 260. p. 4. ſeqq. Lib. XII. c. 2. Vol. II, p. 11.

Biblioth. I, 27.

ad Jambl. de V. Pyth. c. 3.

p. 260.

Iſtor. Univerſ. p. 73. ſ.

ad Autol. Lib. II, c. 2.

ad Plut. 690.

P. 1596. Poſt Eclogas Helladii Photius: Εν δὲ τῷ αὐτῷ τεύχει, τῷ αὐτῷ περιείχετο μέτρῳ καὶ Ερμείᾳ Ερμοπολίτᾳ πάτρια τε τῆς Ερμεπόλεως - καὶ Ανδρονίκᾳ πολιτευομένῳ, καὶ αὐτῷ Ερμοπολίτᾳ, πρὸς τὸν κόμητα Φοιβάμμωνα τὸν κοινοπολιστὴν. Interpres: *In eodem codice ſimili carminis genere continebantur patriae Hermiae Hermopolitani - et Andronici Hermopolitani, ad comitem Phoebammonem, communem urbis conditorem.* Τὰ πάτρια ſunt *origines, mores, conſuetudines, inſtituta patria,* ut egregie ad hunc locum Thom. Reineſius obſervat, qui et Πατρίων ſcriptores e Photio collegit. Conf. Henr. Valeſius ad Sozomenum. Sic Appianus opus, quo res Bithynicas ad ultimi regis Nicomedis exitum proſecutus erat, τὰ πάτρια τῆς Βιθυνίας inſcripſit. Πάτρια τῆς πόλεως, *origines Conſtantinopolitanas*, ad Alexium Comnenum Imperatorem, Bandurus edidit, quarum auctor, verſibus Iambicis, operi praemiſſis, templa, domos, ſtatuas, moenia urbis, ſe deſcribere velle, tradit: in quo argumento diu ante hunc Leo Byzantius, aliique, οἱ τὰ πάτρια συγγεγραφηκότες τῆς Βυζαντίδος, quos Conſtantinus Porphyrogenitus evolvit, ſunt verſati. Deinde vocem κοινοπολιστὴν mendoſam eſſe, dudum viri eruditi obſervarunt, e quibus Fabricius aut κοινοπολίτην, *hominem e communi civitate*, cum Reineſio, aut Κυνοπολίτης, *e Cynopoli, Aegypti urbe*, poſt Meurſium, reponi jubet.

Var. Lect. II, 5, p. 153.

Lib. V, c. 3. Phot. Cod. LVIII.

Imp. Orient. T. I. p. 111.

Themat. L. II, c. 12.

Bibl. Gr. Vol. IX. p. 507.

Var. Lect. Lib. III. p. 436.

Sequitur apud Photium: Αλλὰ καὶ Κύρου Αντινοπολίτου εἰς Μαυρίκιον δοῦκα καὶ ἡγεμόνα, παρόντα τῇ ἀκροάσει. *Sed et Cyri Antinopolitani in Mauritium ducem et Imperatorem, qui recitationi interfuit.* Verba: *et Imperatorem* Fabricius obelo notavit, quod non repererat in Graeco, Verum ita τὸν ἡγεμόνα Schottus convertit. Non hic tamen indicari puto Mauritium, qui, cum ab anno DLXXXII ad annum DCII imperio praefuiſſet, a Phoca occiſus eſt, quia is, more huius aetatis, αὐτοκράτωρ, aut βασιλεὺς fuiſſet appellandus, ſed praefectum

fectum exercitus, quem δῆκα Graeci recentiores appellant. Heſych. Δεξ, ἡγεμὼν, ἄρχων. Conf. Cangius in Gloſſario Graeco, qui illuſtriſſimam et antiquam Byzantinam familiam Ducarum nomen ab hac dignitate traxiſſe, docet. Ceterum neſcio, an huius Cyri ſit Εγκώμιον εἰς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα, quod, ut in Anthologia MS. legitur, apponam: Cangius Famil. Byz. p. 160.

Πάντα μὲν Αἰακίδαο φέρεις ἀριδείκετα ἔργα
Νόσφι λοχαίης ἔρωτος, ὀϊστεύεις δ' ἅτε Τεύκρος,
Αλλ' ἁ τοι νόθον ἦμαρ· ἔχεις δ' ἐϊκυῖα μορφὴν
Τὴν Αγαμεμνονέην, ἀλλ' ἁ φρένας οἶνος ὀρίνει.
Εὐπινυτὴν δ' Οδυσῆι δαίφρονι πᾶν σε ἐΐσκω,
Αλλὰ κακῶν ἀπάνευθε δόλων. Πυλίῃ δὲ γέροντος
Ισον ἀποτάζεις, βασιλεῦ, μελιηδέα φωνὴν,
Πρὶν χρόνον ἀθρήσεις τριτάτης ψαύοντα γενέθλης.

Hoc eſt:

Aeaciden magnis aequas et fortibus auſis,
At tibi caſta placent: ut Teucer, nobilis arcu,
Nobilior genere es: tua forma Agamemnone digna,
Aſt animus nunquam nimio commotus Iaccho:
Moribus, ingenio, ſimilis prudentis Vlyſſis,
Fraude dolisque cares: mel docto ſtillat ab ore,
Neſtoreo ut quondam, ſed non incana ſenectus
Eſt tibi, o Caeſar, nec tertia vivitur aetas.

* *

Haec ſunt, quae in Photii Excerptis notata, nunc proferenda duxi, ut eſſet in poſterum ſtudioſis expeditior via, nec ad ſcopulos, quos librariorum levitas obiecit, haererent, aut Schotti denique auctoritate, quae in his litteris ſumma eſt, freti, in errorem abducerentur. In quibus ſi non omnia aſſecu-

ſecutus videbor, doctus ab aliquo, facile et lubenter ſententiam mutabo. Non enim res tam minutas, et ob vetuſtatem obſcuras, parum cognoviſſe, ſed in parum cognitis obſtinate perſeveraſſe, turpe eſt, et potuiſſent certe noſtra omnia in lituris perire, ſi aut a S. R. Boernero, primario in hac academia Theologo, aut a doctiſſimo Abbate Catiforo, qui eam curam apud Venetos ſuſcepit, illuſtrata Photii Bibliotheca prodiiſſet. Nunc id, cuius praecipue cauſa hanc ſcriptionem inſtitui, quodque ipſa pietas a me poſtulat, aggredior, et clementiam *Sereniſſimi ac Potentiſſimi Principis, FRIDERICI AVGVSTI, Pii, Felicis, Patris Patriae*, demiſſe veneror, qui Profeſſoris Philoſophiae munus extraordinarium, pro illo celebratiſſimo in cultores literarum amore, nuper mihi impoſuit. Hoc ad diem XIX. Iunii, more inſtitutoque maiorum, adibo oratione *de Conatibus Italorum in Monumentis Etruſcis*. Ad quam audiendam ſi, pro ſua in me voluntate, *Rector Academiae Magnificus, Illuſtriſſimi Comites, Patres Conſcripti, ac Nobiliſſimi bonarum artium Studioſi*, accedent, id in magni beneficii loco habebo, et hoc quicquid eſt muneris, rite et auſpicato ſuſcepiſſe videbor.

* *

LIPSIAE.
IMPRIM. VLRIC. CHRISTIAN. SAALBACHIVS.

DISCOURS
SUR LES
BIBLIOTEQUES PUBLIQUES

Prononcé dans l'Acad. Royale de la Rochelle

PAR

Le R. P. VALOIS de la Comp. de JESUS

Profeſs. d'Hydrographie & Directeur de la même Academie.

Adreſsé par l'Autheur

A SON EMINENCE
MONSEIGNEUR
LE CARDINAL QUIRINI

Bibliotécaire de la S. E. R. & Evêque de Breſce.

A BRESCE. 1751.
Chez JEAN-MARIE RIZZARDI
Avec Approbation des Superieurs.